græce dicitur a colore harenulatum: ut Varronis sententiam Solinus refert in memorabilibus. sed Q u. Curtius in principio sexti libri non a colore undarum seu harenarum uult appellatū: sed ab Erythro rege: qua propter libro. iiii. de india loquens ait: Mare certe quidem alluitur: nec colore quidem abhorret a cæteris. ab Erythro rege inditum est nomen: Propter quod ignari rubere aquas credunt. hoc Priscianus in eodem sensit. Vlterius pergas si post carmanica summa Ogyris occurrat qua dicitur esse sepulchrum Regis erythrei deserit qui nomina ponto. Et Strabo ita scribit ga̅ographiæ. xvi. nam ex sentētia Arthemidori dixit putare quosdam mare rubrum esse a colore per refotionem expresso: uel a sole cum supra uertucem est: uel a mōtibus ex adustione rubentibus. Nam utroq̄ modo uerisimile est. Cthesiam uero Gnidium hystoriæ mandasse refert fontem quendam esse: qui aquam rubicundam ac minio plenam in mare emittit. Agatarchidem autem illius ciuem a boxo quodam accepta tradidisse q̄ persa quidam cum equorum armentum a leæna uel a sillo tactum usq̄ ad mare agitaretur: atq̄ inde in insulam quandam transmitteret: primus constructa rate in insulam transierit. uidensq̄ habitabilem armentum rursum in persiam abegerit ac missis in eam & in alias insulas colonis & in maritimam oram pelagus de suo nomine appellarit. Aliqui uero persei filium Erythram asserunt: qui in his locis imperarit. Vota cadunt. uota dicuntur cadere cum preces nullum effectum fortiuntur. Alis strepitantibus. ideo strepitantibus ut augurium fortius procedat. Flaua uincula. Zonam accipit: quam Venus ad honestas nuptias asserre credita est. a grecis cestos nominatur. qua quidem centura coniuges deuinciri putarunt uti concordes in uita uiuerēt. Ideo Martialis in distichis ait: Sume cytheriaco medicatum nectare cestos. Vsit amatorem balteus iste Iouem: & ante dixerat: Collo necte puer meros amores Cestos de ueneris sinu trahentes: Nanq̄ claudianus eius potentiam uolens innuere dixit in epithalamio: Et blando spirantem numine cestos Cingitur impulsos pluuiis quo mitigat annes. Q uo mare quo uentos irataque flumina soluit. nam scribit Lactantius grammaticus secundo thebaidos Venerem ad turpes nuptias non uenire: ideo incestum dicitur q̄ sacrato illo ueneris cingulo non fuerit uinctum. præterea hoc ita ait Tibullus quia ut idem eodem libro testatur antiqui iura nuptiarum celebrant ante aras numinum. Mandant. perdurant. Inficiatque comas. hoc est dum canis albicent capilli. & est inficere maculis deturpare.

Vincula quę maneāt ſemp dū tarda ſeneꝯ
Inducat rugas: inficiatq̄ comas.

Huc ueniat natalis auis: prolēq̄ miniſtret:
Ludat & ante tuos turba nouella pedes:

Vra tenent cornute meam uillæq; puellã. Ad cornutum cruciatus sui uim scribens aperit quẽ dolorẽ ex puella cõceperit ruri uitam traducente. Quæq; insuper fœmelle romanæ nõ pulchritudine amatoꝛ uel scia delectenẽ sed ꝓcio ceptæ diuitibus ultro auscultẽt. Rus græcũ est uocabulũ .n. dicit̃ latine ager. siue hoc etiã græcũ q̃q̃ ꝙ in eo aliqd semp agat̃ puteꝫ lati nissimũ. Villa ẽ casa uillatica a uallis: qbus extruit̃: seu a uehẽdo ꝙ illuc ex agris anni fructus ad uehunt̃. O ego. ex amoris imẽsitate cupit in cõspectu dominæ agrũ aratro uertere. Versarẽ. fœderẽ fossorio. Calido bidẽte. Bidẽs qđ ut superius diximus ferreũ est istrumentũ qđ tũ calescit quũ in pingui & spissa tellure iprimit̃. maior. n. uis brachioꝛ in illa pgrit̃. & uersarẽ dicẽdo solũ sarrirẽ accipit. a quo sarculũ pro fossorio deducit̃. Agricolæq; mo. cur. sec. a. Cur. ui sunt aratores in arãdo ꝓpterea ꝙ duri manu tenentes sequuntur aratꝛ. Quare ait Pli. in naturali hi. Arator nisi curuus arauerit ꝓuaricatur. Subigunt. sursum euertunt. Steriles boues. non boues sunt steriles. sed terra infructuosa. Exureret: urendo nigros efficeret. ut supra. Vrentur so. ca. Pustula ru: læ. ma. Pustula est spẽs occultæ uomicæ. hic pro callo manus accipitur: quæ duricies cum tumefacta mollescit aqua intercepta uulgus uesicam uocat. Calsurnius in ægloga miconis & canti. Tacitum ne pustula uirus Texerit occulto sub uulnere. de occulto morbo intellexit. Sed pusula ẽ tumefactio illa leuis: quæ in coquendo pane soler assurgere: quam Festus hetam quoq; uocari dicit: quod pro re nullius præcii ponitur. Moderatus uero Columella li. viii. pro genere sacri ignis pusulã accepit: ita de morbis pecudum: Est etiam insanabilis sacer ignis. quã pusulam uocant pastores. Pauit & admeti tauros formosus apollo. Qui sibi turpe non sit rus colere: ꝓbat a maiori. Admetus fuit thessaliæ rex Pherecii filius: dicente Ouidio de arte amandi. iii. Fata phereciade cõiunx pegasea redemit. huius armenta Apollo pauit annos nouem priuatus cælo: propterea ꝙ cyclopas flagellasset: qui Ioui fulmina subministrauerant ad iternitionẽ æscu lapii. Nanq; ut refert Eusebius præparationis euangelicæ. ii. ex Diodori sententia historiarum. iiii. Iuppiter indignatus ideo dicit̃ Aesculapiũ cõfeciss̃e: ꝙ adeo medicinaliũ artiũ peritia præstaret ut ab icurabili morborũ omni genere sanaret ægrotãtes: ut poetæ fabulãt: ꝙ Hyppolitũ ab iferis sedibus in pristinã uitã sua sciẽtia reuocasset. Apollines aũt plures fuisse in antiquitatibus idies legit̃. Nec potuit curas sanare salubribus herbis: curas uocat molestos ac sollicitos amores. Amor enim nullis ẽ. ut Ouidius ait: medicabilis herbis: quã sniam Proptius elegiaꝛ. ii. prior cõplexus ẽ: Nõ hic herba uaget: nõ hic nocturna cytheis: Nec per meæ gramina cocta mãus. & ĩ eodẽ: Oẽs hũanos sanat medicĩa dolores: Solus amor morbi ñ amat artificẽ. Curas. i. amorẽ. Ipse macharei filiæ ita ut ñ puduerit hitu pastorali fuiss̃e Machareo dũ nata potiret: cuius rei meminit Oui. vi. meta. Et pastor machareida luserit ipsen. Vicerat amor: ñ. n. ꝓderãt dño q̃ ꝓsũt oibꝫ artes. nãq; Falaris Agrigẽtinus scribit ĩ epistolis. Morbũ corpis medicus sanat. Morbũ aĩ sanat mors. Stabulis depellere. a stabulis ĩ pascua agere. Et miscere nouo docuisse coagula lacte: signat Apollinẽ docuisse rusticos caseũ facer̃. ẽ coagulũ ut Noni. Marcellus ingt dictũ a coagẽdo qđ ẽ colligẽdo. eo. n. lac cõglobat̃ ĩ massã. Tũc fiscella le. de. ẽ ui. tũ. sic Vir. Gracili fiscellã texit hibisco: ẽ sane fiscella uasculũ uirgulteũ: quo lac colat̃ dũ caseus iprimit̃: unã ãtigras appetitorẽ casei mollis ficellũ uocitauit. Raraq; p. ne. estui. sa. sero. iõ hoc factũ ẽ ut lac purificatũ defluat. Seꝛ ẽ lactis aq̃ dũ id ꝓmit̃ ĩ caseũ. Vir. Pasce sero pigui. hoc qdã male colustrũ uocãt: qa ut ait Palladius de nouẽbri mẽse: colustrũ uocãt pastores illud exiguũ lactis ĩ quo ẽ spissior. nã mulget̃ ex ubcribꝫ fœtæ anteq̃ natus uberibus matris admoueat̃: unã Marti. in distichis innuit pastor quæ nondum stãtibus hædis: De primo matrũ lacte colustra damus. Per nexus: ptenuissima foramina. Soror. Diana. nẽpe ex Latona Apollo & Diana geniti sunt. Alta. profunda: spacioſa. Petiere ora. oraculũ est respõsũ ab ore dictũ: ut Prisci. scribit ĩ libello: quẽ de duodeci uirgilianis carminibus cõposuit. Trepidis re. dubiis. s. & laboriosis. Liui. li. iiii. de bello macedonico. Ne se ĩ rebus tã trepidis deserat. & Ho. car. iii. Vitãq; sub diuo & trepidis agat̃ reb. Nã ut Ser. ĩ Vir. ego ĩ Horatio aĩaduertimus uterq; eoꝛ trepidare ꝓ festinare seu maturare saꝑissimæ usi sũt. Irrita. delusa uana.

Vra tenent cornute meam uillæq;
puellam:
Ferreus ẽ heu quisq; i urbe manet
Ipsa uen9 latos iã nunc migrauit in agros
Verbaq; aratoris rustica discit amor.
O ego cũ dominã aspicerẽ quã fortiter illic
Versarem calido pingue bidente solum.
Agricolæq; modo curuũ sectarer aratrum.
Dum subigunt steriles arua serẽda boues.
Nec quererer q; sol graciles exureret artus:
Læderet & teneras pustula rupta manus.
Pauit & admeti tauros formosus apollo:
Nec cythara intonsæ profuerũt ue comæ.
Nec potuit curas sanare salubrib9 herbis:
Quicquid erat medicę uicerat artis amor.
Ipse de9 solit9 stabulis expellere uaccas:
Et potum pastas ducere fluminib9.
Et miscere nouo docuisse coagula lacte
Lacte9 & mist9 obriguisse liquor.
Tunc fiscella leui detexa est uimine iunci
Raraq; per nexus est uia facta sero.
Ah quotiens illo uitulum gestãte per agros
Dicitur occurrens erubuisse soror.
O quotiens ausæ caneret dum ualle sub alta
Rũpere mugitu carmina docta boues.
Sæpe duces trepidis petiere oracula reb9:
Venit & e templis irrita turba domũ.

Horrere. fordescere turpari. Ipsa no. Iuno. s. Capillos; miram ostendit pulchritudinem quos mulier dea etiã inimica ẽ admirata. Delos tua. tua. i. genialis quoniã Latona geminos enixa ẽ ĩ delo ĩsula ex cycladibus. Delphica phy. phytõ serpẽs fuit: quẽ missũ Iunonis iussu ut dictãt fabulamenta poetica Apollo puer in cunis iteremit: ex quo ludi q phythea uocant eius in honorẽ fuerũt instituti: quẽadmodũ in. i. meta. tractat Oui. Sed Ephorus Strabone teste gæographiæ nono talẽ affert cũ fabula historiã. Quo tpe parnasii autochthone. i. idigenæ & aborigines parnasum colebãt: Apollo in terrã aductauit. Et mãsuefaciẽs hoies in uiuẽdi ritu aspꝛrimos adiit delphos ab athenis eã p uiam qua nunc atheniẽsis populus: phytidẽ supplicationẽ cũ põpa ꝓmittit ad panopeã: deide cõsistẽtẽ urbẽ Tityũ clude affecit eius loci tyrannũ uiꝛ uiolentũ ac flagitiosum. Postea cõiũcti illi parnasii aliũ nũciarũt hoiem eẽ noĩe phytonẽ: ac cognomine draconẽ: quo sane sagittis debellato inter adhortandũ clamitasse. unde consuetudinem traditã ferunt ut qui consequuntur aciẽ sic pæanis celebrationem clamitent. Phyton autem fœminino genere protulit. at Claudianus masculino. Cæruleus tali prostratus apolline phytõ. Seruire æternos non puduisse deos. Hoc trahit ex fabula. cũ marte olim uenus coniungi cõsueuerat. rem Vulcano sol explicat. ille retia tenui fabrica cudit: amboscꝫ coeuntes adulteros ĩ amplexibus captos diuis cælestibꝫ aduocatis ostẽdit ex ꝗbus multi cũ nudæ ueneris formositatem conspicerent in marris substitui locum cupiebant. Quare ait Ouidius de arte aman. ii. Hic aliquis ridẽs in me fortissime mauors Si tibi sũt oneri uincula trãsser ait. & ĩ metamorphoseos. iiii. Atq; aliquis de diis nõ tristibus optat Sic fieri turpis. Fabula. sermo a fando. Iuuenalis. A diuerticulo repetat fabula. Deus. Cupido amoris ꝓses. sed plures fuerũt Cupidine ut refert Cicero de natura deoꝝ. ii. primus ex Mercurio & Diana prima natus: secundus ex Mercurio & Venere secunda. tertius q dem antheros ex Marte & Venere tertia. Geminare pericula ponto: qui nauigant uitam in dubio habẽt. qui eodem præliantur duplicant discrimen. Bellica. belli gera: Rostra dubiis ratibus: rostrum est proræ; pars alior ferrea a rostri alitis similitudine nominata: ratis autem ipsius nauis utrunq; latus. Innuit autem bellum nauale cõmissum ubi naues rostratæ fabrefieri cꝑtæ sũt: aut peritiam notat in nauali certamine. sic Lucanus de instructione nauali in massilientium pugna: Phocaicis medias nostris oppone carinas. Cui lapis externus curæ ẽ. Sensus ẽ. Quẽ iuuat ædificare: ille ꝓfecto piscinas & uiuaria ad uoluptatem struit. Externus uero lapis. idest adductitius ex otius. nã aduehebantur marmora ex phrygia numidia caristo. paro: lacedemonia nilo ægypto æthiopia Germania. Columna. lapis magnus oblongus: qui ob longitudinem & grauitatem uehitur per urbem maximo cum tumultu. Quare Iuuenalis indoluit in umbricio: Nã si procubuit q saxa ligustica portat Axis: & ẽuersum fudit super agmina montẽ: Quid supercst de corporibus. Mille ualidis iugis: idest mille paribus boum. & ex hoc iudicatur lapidis columnaris grãditas. Cornelius Nepos tradit triginta duorum pedum longitudine columnas uidisse habitas magno miraculo. Claudit moles mare indomitum. Sensus. maris inundationes excipiuntur magnificis ædificiorum molibus: ut piscium fiat quasi receptaculum seu piscina. iccirco Horatius carminum. iii. inuectus in luxuriam omnia prophanantem. Cementis dixit licet occupes tyrrhenum omne tuis & mare ponticum. Negligat hybernas piscis adesse minas. Idem Horatius carminum. iii. Contractat pisces æquora sentiunt iactis in altum molibus: huc frequens cementa demittit redemptor cum famulis dominusq; terræ fastidiosus. Testæ samiæ. Samos insula ægei ubi olim fictilia sunt egregie fabricata: unde samia uocatur. Ausonius burdigalensis de Agathocle tyranno: Fictilibus cœnasse ferunt agathoclea regem: Atq; abachum famulo sæpe oneraſſe luto. Est & altera samos Iunoni sacra eo q prima illius nuptias uidisse feratur. Læta conuiuia. ideo læta: quia ut ait fatvrus nulla aconita bibuntur fictilibus. Rota cumana. Cumæ ciuitas campaniæ uasis olim terreis gloriabatur. Lubrica terra. argillam intelligit per periphrasim. Nemesis. nomen est amicæ Tibulli: de qua hic

Sæpe horrere sacros doluit latõa capillos:
Quos admirata est ipsa nouerca pri⁹.
Quisquis iornatũq; caput: crinesq; solutos
Aspiceret phœbi: quæreret ipse comam.
Delos ubi nũc phœbe tua ẽ: ubi delfica phy
Nẽpe amor ĩ parua te iubet eẽ casa. (ton
Fœlices olim ueneri cum fertur aperte
Seruire æternos nõ puduisse deos.
Fabulla nunc ille ẽ: sed cui nunc cura puellæ
Fabula sit mauult q̃ sine amore deus.
At tu quisquis is es cui tristi fronte cupido
Imperitat: nostra sint tua castra domo.
Ferrea nõ uenerem: sed prędã sæcula laudãt
Præda tamen multis est operata malis.
Præda feras acies cinxit discordibus armis:
Hic cruor: hic cædes: mors ꝓpiorq; uẽit:
Præda uago iussit geminare pericula ponto
Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus.
Prædator cupit immensos obsidere cãpos:
Vt multo innumeram iugere pascat ouẽ.
Cui lapis extern⁹ curę est urbisq; tumult⁹:
Portatur ualidis mille colũna iugis.
Claudit & idomitũ moles mare: lęt⁹ ut ĩtra
Negligat hybernas piscis adesse minas.
At tibi lęta trahant samiæ conuiuia testæ:
Fictaq; cumana lubrica terra rota.
Heu heu diuitib⁹ uideo gaudere puellas:
Iam ueniant prędę si uenus optat opes.
Vt mea luxuria Nemesis fluat: utq; p urbẽ
Incedat donis conspicienda meis.

auctor in.ii.li.scribit:quare Ouidius:ait:Nomen habet nemesis:cynthia nomen habet.Martialis in distichis. Lusit amatorem nemesis lasciua Tibullum:In tota iuuit quem nihil esse domo. Quas fœmina choa texuit: Chous insula est in ægeo:ut Solinus ait:quæ arte lanificii ita claruit:ut chous amictus cathexochen dicat quasi subtili & artificioso opere textus.Propertius elegiarum primo: Aut tenues choa ueste mouere sinus.& infra habituri sumus:& choa puellis uestis. Auratas disposuitq; uias.i.fila auri cum tela subtili intertexuit:unde auro chlamis intertexta dicitur.& uulgus broccatam ex auro uocat.picturata autem uestis uel acu picta:uel phrygia dicit̃ irchamata. Fusci:Fuscus color est subniger: hoc est nō plene niger. Ouidius de arte.ii.Fusca uocet̃ Nigrior illyrica cui pice sanguis erit:Talis.n.ẽ indorū meridionalium color & æthiopū. Sappho ad phaonẽ Andromade prīæ fusca colore suæ. Solis & admotis ificit ignis egs:hermineusis ẽ.declarat.n.id qđ īdia tor ret.nā solaribus radiis propinquiorẽ india & æthiopia. ideo nigra sunt habitantiū corpora:& opinionẽ poetarum sequitur de sole istis ꝓpinquiore:ut Theodoctis q ait:Quibus propinquam phœbus admouens rotam Atra fauilla corpa iecit uiꝛ Caloribusq; adducẽs præ potẽtibus Retorridas crispauit eoꝝ comas.unde Ouidius metamor.ii.poeticam fantasiam attribuit phaetōtis fabulæ inquiens:Sanguine tunc credunt in corpora summa uocato Aethyopum populos nigrum traxisse colorẽ. Sed Teodoctem Onesicritis ut Strabo refert criminatur qui causam talem referat ad solem:quū ipse aquam esse in animalibus proprietatum causam puret.nam & pecora colorẽ suū imutāt:se peregrina illuc aduehant̃:& his qui in uentre matris sunt sol non est coloris nigrioris cā:quū eos nōdū attigerit.soli tamen teste Strabone tribuenda est causa & eius adustioni:per uehementem quādam summi humoris attractionem. Quāuis enim indi humido & temperato satis aere participent nihilominus per seminalem ex sole dispositionem tales sunt quales qui eos progenuerūt:hæ enī passiones a generatione contrahunt̃. Admotis equis.inquit:quidẽ sol est magis perpẽdicularis & propinquior. Nam quum terra sit quasi punctus ad solis sphæram:nō nullæ regiones ut de proximo ualde calidæ sunt. nōnullæ ut de longinquo minus. Aphrica puniceum purpureum q; tyros. Duplicẽ purpuræ colorẽ tangit.Purpura utiq; pro solis ꝓpinquitate colorẽ habet:ut in.vii.de architectura noster Vitruuius memorat. Puniceum enim procreat aphrica.i.quasi uiolaceo colore.Tyros aūt rubeū.i.purpureū.græce hæc purpura oium optima est ut scribit Strabo.unde Oui.in.ii.de remedio:Cōfert amycleis medicatū uellus ahenis Murice cū tyrio:turpius illuderit. Aphrica regio calida est meridiē uersus unde ab.a.sine frigus denotatā latini pene oēs sentiūt. At Iosephus de antiquitate Iudaica primo.uult ab Aphro filio Abrahæ qui eam regionem occupauit. Nota loquor regnū ipse tenet:quem.se.co.Bar.gyp.ser.ca.pedes.Quidā intelligunt de fœmina quæ uenalis fuerit ac ueluti regina nunc incedit:ut probet̃ mulieres gaudere diuitiis. Quidam de Lucilio accipiunt dictum a poeta facili sine reprehensione. Hic seruus romam uectus libertinitatem promeruit:& per breui tam opulentus euasit:& auctoritate potẽs ut ad arbitrium cunea ministraret:de quo Iuuenalis:Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis:nec is solum ex grege seruorum magnus fuit sed alii quidem per multi.Quare Plinius in naturalis historiæ.xxxv.Iam enumerare inquit non est libertos ex sanguine quiritum & proscriptionum licentia ditatos. Catasta.genus compedis seruilis.Persius: Cappadocas rigida pingues pauisse catasta.accipitur pro loco ubi pueri & puellæ uenales seruabantur.hoc in siluis Papinii. hoc in Martialis epigrammatibus legitur. Pedes gypsatos.argentaria creta illinitos. quod uenalis serui signum fuit.Nam Plinius in naturali historia uarias cretæ species enumerat:inter quas est quædam dicta argentaria:quæ arti nitorem reddit:estque omnium uilissima:cuius tactu:ut diximus:uenalium seruorū pedes transmare aduectorum maiores nostri illinire instituerunt.Gypsum est genus lapidis quasi calcis albæ quæ lente durescit:& facile soluitur. Nulla side.ut sallax sit:& nullo sœnore;depositum reddat. Consitor.uitis sator.

Illa gerat uestes tenues:quas fœmina choa
Texuit auratas:disposuitq; uias.
Illi sint comites fusci quos india torret
Solis & admotis inficit ignis equis.
Illi se lectos certent prębere colores
Aphrica puniceum purpureumq; tyros.
Nota loquor regnū ipse tenet:quē sępe coBarbara gypsatos ferre catasta pedes.Cgit
At tibi dura seges nemesi qa ducis ab urbe
Persoluat nulla femina terra fide.
Et tibi bache tener iucundę consitor uuæ:
Tu quoq; deuotos bache relinque lacꝰ.
Haud impune licet formosas tristibꝰ agris
Addere:non tanti sunt tua musta pater.
O ualeant fruges ne sint modo ruræ puellæ:
Glans alat:& prisco more bibātur aquę.
Glans aluit ueteres ut passim sempamarēt:
Quid nocuit sulcos non habuisse satos?
Tum quibꝰ aspirabat amor præbebat apte
Mitis in umbrosa gaudia ualle uenꝰ.
Nullus erat custos:nulla exclusura dolētes

Relinque lacus.ut nulla scilicet sit uuarum uindemia. O ualeant.idest pereant quasi ad nos amplius nō reuersuræ. Glans aluit ueteres.Iuuenalis satyrarum.iiii.Gratæ post munus aristæ Contingunt homines ueteris fastidia quercus.& Lucretius ait:Quod sol atq; imbres dederant:quod terra crearat Sponte sua satis id placebat pectora demum. Glandiferas inter curabant corpora quercus Plerunq; quæ nunc hiberno tempore cernis Arbuta puniceo fieri matura colore. Aspirabat.afflabat:fauebat. Umbrosa ualle.frondosis & amœnis locis. Præbebat aperte gaudia.coitus sine occultatione.i.passim:& licenter proruebāt in cōcubitus.

Si fas ẽ. ꝓ si licet: & possibile ẽ. Mos ꝓcor ille redi: iteratio ẽ eiusdẽ dicti ut auiditatẽ mẽtis exprimat. Villosa aialiũ expellibꝫ q̃si aspa. Laxã togã. ut supra. Effluit effuso cui toga laxa sinu. Ducite: ex amoris dispatiõe loqr̃.

Ie mihi seruitiũ uideo dominãq; paratã. Cõquerit de Nemesi: quæ alieno amore correpta eum ipsum negligit: quod amatori graue est. Sed illud ut grauissimum dolet ꝙ illa pecuniarum precio succumbat: ad cuius amorem erga se reconciliandum nihil musas operari suas indignatur.

Libertas. p. aut antiqua aut quam a patre accepit: ut nulli unquam seruiret. quasi non possit ab amantis se fastidictis imperio dissolui & liberari. Teneorq; cathenis: quæ cautes obnoxia. exposita. Lucanus. v. Dalmatico bo reæ calabroq; obnoxius austro. Insanis uẽtis: magnis. ut Insani feriãt sine littora fluctus. uẽti nẽpe ꝓcaciter est furiũt: unde insani quoq; dicunt. Catullus: Deprehen sa naui in mari uesaniente uento. Naufraga. dubiũ ẽ cautes ne naufraga dixerit: an unda naufraga. i. ꝓcello sa q̃ naues frãgat. Tõderet. assiduis fluctibꝫ illideret. Vmbra noctis. pro nox umbrosa: ut Iuuenalis. Crispini iucũda senectus. Periphrasticos. Tristi felle. tristi amaritudine: utpote q; & oculis & aio doleat cũ corporis ægritudine. Plautus i cistellaria. Nãq; ecastor amor & melle & felle fœcũdissimus. dulce gustũ dat, amarũ satietatẽ usq; cogerit. Est aũt aiaduertẽdũ itestinoꝝ nomina plerũq; ad mores transferri ut mẽbroꝝ. Cor. enim ꝓ aio ponit ut minimi cordis. i. animi: ita felis ꝓ amaritudine animi accipi põt. Elegi qd ꝓsunt: elegi ꝙ q̃relosi sint denoiant. unde Oui. i elegia de morte Tibulli: Flebilis indignos elegia solue capillos. Ah nimis ex uero nũc tibi nomẽ erit. ꝙ aũt Tibullus in amore fuerit depditus: Horatius idicat carminũ primo ut supra diximus. elegi ergo nil ꝓsunt q; ad cõpassionẽ mouẽdã iuẽti sunt. Apollo auctor carminis. Quippe poetis ꝓest apollo: ut i primo cõmẽtario diximus. Fuere uero Apollines q̃ttuor scdm Ciceronẽ i deoꝝ natura. iiii. Quoꝝ antiqssimus fuit ille quem Vulcanus genuit. Alẽ Corybãtis filius natus i creta. Tertius Ioue tertio natus & latona: q̃rtus i archadia: quẽ archades nomi onẽ appellãt: ꝙ ab eo se serũt leges accepisse. Manu caua: mulieris poscẽtis pecũias gestũ exprimit. Nec r̃fero soliscꝫ uia hoc ẽ nõ astrologicã disciplinã scribi ubi narrat an solerret a Zodiaco nec ne an altius mõ mõ depssius meet. Versis eqs: tãq; cõpleto mẽstruo spatio. Orbẽ. cursũ suũ quo orbẽ miuit & auget. Facinus. scelus maximũ ueluti sacrilegiũ: qd stati subdit. Sũt dona parãda. i. acgrẽda res ẽ: uñ Nemesi donũ mittat. Et ia. clau. fle. an. do. rẽ dic q̃ nihil ẽ i amoꝝ durius. Propitius elegiaꝫ. i. Tũ graue fuitiũ nr̃æ cogeꝝ puellæ discer̃: & excluſũ qd sit abiꝝ domũ. Insignia. oblata diſ mũera. Malũ facinus. bñ malũ. nã facinus mesũ ẽ uocabulũ. Ouẽ niueã. uellus ouis albũ. ẽ ãt cõtinẽs ꝓ cõcto synecdochios. Tyrio murice. purpura tyria. i. sarrana. Lucida cõcha: cõchyle dic: quã margaritã uocãus: q̃ lucide tatẽ ꝑse fert ꝑm rorẽ quẽ absorpserit: uti meorabilibus

Ianua: si fas est mos precor ille redi.
Ah pereant artes & mollia rura colendi:
Horrida uilloſa corpora ueſte tegant.
Nunc si clauſa mea eſt: ſi copia rara uidẽdi:
Heu miſerũ laxam quid iuuat eſſe togã?
Ducite ad imperiũ domie ſulcabim9 agros:
Nõ ego me uinclis uerberibuſq; nego.
Ie mihi ſeruitiũ uideo dominãq; patã
Iã mihi libertas illa paterna uenit.
Seruitiũ ſed triſte datur: teneorq; cathenis:
Et nunq̃ miſero uincla remittit amor.
Et ſeu qd merui: ſeu quid peccauim9: uror.
Vror. io remoue ſæua puella faces.
O ego ne poſſem tales ſentire dolores:
Quã malem in gelidis montib9 eẽ lapis?
Stare uel inſanis cautes obnoxia uentis:
Naufraga quam uaſti tõderet unda maris
Nũc & amara dies: & noctis amarior ũbra
Omnia nam triſti tempora felle madent.
Nec ꝓſunt elegi: nec carmis auctor apollo:
Illa caua precium flagitat uſq; manu.
Ite procul muſæ ſi non prodeſtis amanti:
Non ego uos ut ſint bella canenda colo.
Nec refero ſoliſq; uias: nec qualis ut orbẽ
Compleuit uerſis luna recurrit equis.
Ad dominã faciles adit9 p carmina quero:
Ite procul muſæ ſi nihil iſta ualent.
At mihi per cædẽ & facin9 ſũt bona parãda
Ne iaceam clauſam flebilis ante domum.
Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia fanis:
Sed uen9 ante alias eſt uiolanda mihi.
Illa malũ facin9 ſuadet: dominãq; rapacem
Dat mihi: ſacrilegas ſentiat illa man9.
O pereat quicũq; legit uiride ſq; ſmaragdos
Et niueam tyrio murice tingit ouem.
Hic dat auaritiæ cauſas: & choa puellis
Veſtis: & a rubro lucida concha mari.
Hęc fecere malas: hinc clauem ianua ſenſit:
Et cœpit cuſtos limĩis eſſe canis.
Sed precium ſi grãde feras cuſtodia uicta ẽ:

scribit Solinus. Custodia:custodes ipsi:locus est p custodictibus. Custodia.n.ē.excubia & carcer græcis custodire:unde custos. Plautus in captiuis. Illic est abductus recta in philacā uti dignus est. Sed custoditio ē opera ad custodiendū quid sumpta.

Victos precio:qui nequeunt amicæ lucrum exhibere quod petitur:uicti precio dicuntur. Addat aquam flammæ.ideſt ingerat aquam ut flamma extinguatur. Manus:quales ſolent in exequias amicarum conſerre amatorculi. Bona.pulchra elegans. Fuit nec auara.ideſt mulier quæ uenuſta fuit: nec rapax. Ante ardentem rogum. ubi corpora defunctorum ex ritu cō burebantur. Bene placide.fœliciter tranquille. Terraq; ſecuræ ſit ſuper oſſa leuis:uſitatum amatorum uerbum:Martialis. Sit licet inde ſibi tellus placata leuiſq;. & alibi:Sit precor & tellus mitis & unda tibi. Lege. conditione ut munera. ſcilicet ferat ſi recipi uult. Sub imperium. ſub alterius hominis poteſtatem. Sub titulum:qui eſt uendidi iuris:ut. ſcilicet alterius eſſe dicamini. Ouidius in primo de remedio. Sub titulos noſtros miſit auara lares. hoc ſolet fieri poſtquā omnis res minor facta eſt:præterea quaſi domina prædium ædium ſuarum in ornamentis & ueſtibus expendere debeat: nam tunc etiam temporis mulieres ſumptuoſæ erant. Plautus in epidico. Quid iſtuc mirabile eſt quaſi non fundis exornatæ multæ incedant per uias. Circe:ſolis filia ex Perſa nympha uenefieiorum ſumma artifex habita eſt:quæ Vlixis ſocios in porcos:ut fuerunt poetæ conuertit. Theſſala terra. theſſalia proſertum gramina tuum ſaxa ueneficiis aptiſſima:dicēte Lucano libro ſexto. Theſſala quin etiam tellus herbaſq; nocētes Rupibus ingenuit ſenſuraq; ſaxa canentes Arcanum ſera ſe niagos:ibi plurima ſurgunt Vim factura deis:& teris hoſpita colchis Legit in hemonijs quas non aduexerat herbas. Hippomanes cupidæ ſtillat ab inguine eq̄ uirus quod ab inguinibus furiatarum amore aquarum fluit hippomanes dicit ut Pli. ait. Propter elegiarū. iiii. Cōſuluitq; ſtriges noſtro de ſanguine:& in me Hippomanes ſœte ſemina legit equæ. ergo quū uenus afflat amorem gregibus tum colligitur hippomanes quod in furorem uertit. Cuius rationem Columella his uerbis li. ſeptimo ponit. Nam menſe duodecimo partū edunt maxime. Itaq; curādum eſt ut prædicto tempore anni tam fœminis q̄ admiſſariis deſiderantibus fiat coeundi poteſtas. qa id præcipue armentū ſi prohibeas: libidine extimulat furiis. Vnde & equū nomē ueneno inditū ē: qd equæ cupidinis ſimilē amorē morralibus accēdit. cupidæ itaq; dixit: quoniā i eaꝝ cōceptu ut ſcribit Solinus hoc uirus enaſcit. Bibā: ex amoris ipotēcia dictū ē: a q̄ſi dicat quæcūq; uult ipſa amica intrepide ſumā toxicā.

Nec prohibent claues: & canis ipſe tacet.
Heu quicūq; dedit formā cæleſtis auare:
Quale bonum multis attulit ille malis.
Hinc rixæ fletuſq; ſonant: hæc deniq; cauſa
Fecit ut inſamis hinc de⁹ eſſet amor:
At tibi: quæ precio uictos abducis amātes:
Eripiant poſitas uent⁹ & ignis opes.
Quin tua tunc iuuenes ſpectēt icendia læti:
Neu quiſq̄ flāmis ſedulus addat aquam.
Seu ueniet tibi mors: nec erit q̄ lugeat ull⁹:
Nec qui det mœſtas man⁹ in exequias.
At bona quę nec auara fuit: centū licet ānos
Vixerit: ardentem flebitur ante rogum.
Atq; aliquis ſenior ueteres uenerat⁹ amores
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo.
Et bene diſcedens dicet placideq; quieſcas:
Terraq; ſecuræ ſit ſuper oſſa leuis.
Vera quidē moneo: ſed ꝓſūt qd mihi uera?
Illi⁹ eſt nobis lege colend⁹ amor.
Quin etiā ſedes iubeat ſi uendere auitas:
Ite ſub imperium ſub titulumq; lares.
Quicqd habet circe: q̄cquid medea ueneni:
Quicquid & herbarū theſſala terra dedit:
Et qd: ubi idōitis gregib⁹ uen⁹ afflat amor̄s
Hippomānes cupidę ſtillat ab īguine equæ
Si mō me placido uideat nem⁹ iſis mea uultu
Mille alias herbas miſceat illa bibam.

Hœbe fauc: nou⁹ igreditur tua tē
pla ſacerdos
Hucage cū cythara carmib⁹ q; uēi

Sed ſciēdū id qd Acron ſmonū. ii. repoſuit: q; ſm nūinū q̄litatē laus ipſa deoꝝ diuerſo noie uocat. Nā ſi Iouis celebrāt ꝓconia hymni uocāt. Si Apollini aut Dianæ aut Latonæ canit pæanes. ſi Libero aut Semelæ: dithyrābi. ſi ad cæteros oēs deos oro hr: ꝓſodia. ſi hoies laudamus ea ē laus. ſi improbamus: ea dr uituperatio. Meſſalino āt cōgratulat: q augur fuerat creatus. augures. n. ſūt Apollis ſacerdotes. unde ait: Nouus ſacerdos. i. augur: uel nouus ſacerdos: qa poetæ muſaꝝ & Apollinis ſacerdotes ſūt. iō ſacri hēnt. nā eoꝝ capiūt afflatū. Quare dixit: Qui: Numē eſt illis pierideſq; lauēt. Ho. car. iii. Caria nō prius audita muſaꝝ ſacerdos Virgib⁹ puerisq; cāto. & Prop. elegiaꝝ. iii. Primus ego igrediar puro de fōte ſacerdos Itala pgraios orgia ferre choros. Quin īmo ipſi poetæ plerūq; dii noiant. Vir. i Buco. Mirabat qd mœſta deos amarylli uocares. Et Prop. elegiaꝝ. i. Te quoq; ſi certo puer hic cōcuſſerit arcu: Q̄d noli nr̄os euiolaſſe deos. Nec mirꝝ ē. nā græce & deū & uatē ſignificat q̄ſi factor. ſūt aūtuates dicti a uiēdis uerſibus: ut uaroni placuit. nā uiere ſignificat uincire. Tua tē pla: aut palatiū tēplū uult: quod ab Auguſto ædificatū eſt poſt acciacam uictoriam de quo Propertius elegia tum quarto meminit. Muſa palatini referamus Apollinis ædē: aut fanū i foro cōſtitutū. Hucage cū cythara

carminibusq; ueni. Macrobius in saturnalium libro uarias Apollinis potestates refert. ē enim ipse carminis auctor: ut supra. Nec carminis auctor apollo. Est uaticinii præses: ut supra. Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus. Sagittandi peritiā habuit. Iuuena. Parce precor pæan: sed pæan cōtrahit arcū. Diuinā medicinæ artem percaluit: ut iferius. Huc ades & teneræ morbos expelle puellæ. Chordæ uocales. Horatius carminum prio. Tuq; testudo resonare septē callida neruis. Est maxima Apollinis laus ipse musica. Nanq; ab ea Pythagorici omnes & plato philosophiā uocauerunt musicā. quia mūdi fabricam uniuersam ex harmonia & concentibus constare ratiocinati sūt. Ideo omne musicū genus deorū esse opus arbitrabant. unde Apollo musæq; omnes hymnorum celebratores dicuntur: ipsarum uero musarum ministri sūt eruditissimi uiri: & hi ꝓprie musici. apparatus enim moralis attribuit musicæ: & cū eiusdē dei præsides sint. reliquum est ut rectæ mentis sint qui musicæ operam indulgēt. Sed Apollinis ministri cū excultiores litteris hoies sint: adduntur etiā uates. Sed poetæ quū litteratissimi sint & diuina quadā mētis agitatiōe moueātur ad futuroꝝ ēt scientiā merito sacri: & ide sacerdotes musarū & Apollinis habent. Vestē sepositā. eā uestē dicit: quā Apollinē indui nō nisi diebus feriatis putauit antiquitas. Qualem te memorant. ex antiqua fabula dictum est. Poetæ fabulantur Apollinē Ioui patri laudes celebrasse de triūpho quē ille assecutus ē de fuga saturni. Tunc enim Phœbus tantæ fuit elegantiæ: ut deos omnes in se conuerterit. Cantet auis: hinc augurium dictum ab auiū garritu deprehēdimus. Prouida: intelligēs. Præsensit arus. lu. signauit quū deus exta notis. hinc aruspicē noiari q; exta auiū inspiciat: manifestū ē.

Te duce. Quippe fatidicū spiritū in uiscera uaticinātis mergit Apollo. Sybilla: cumanā dicit: quæ fata populi romani heroico carmie cōscripsit. unde ait. Senis pedibus: ex sex eni pedib⁹ cōstat uersus heroicus. Hāc ferūt illā fuisse: quæ libros nouē attulit ad Tarquniū Priscum: proque illis postulauit trecētum philippeos: rege uero eius insaniā illudēte sex ea illis semel atq; iteꝝ cōbussit: motus tandē rex pseuerantia mulieris in ꝑcio exigendo: tres reliquos quo uolebat fœmina precio emit: in quibus romanorū fata continebantur: ut Aulus Gellius noctiū atticarū prio cōmemorat. Messalinū. filiū Messallæ. Sine: permitte. Tāgere sacras chartas uatis. aut uatis id ē Apollinis: ut poeta fiat: aut Tibulli carmia: aut Sibyllæ libros: ut auguralē disciplinā recte ꝑciat: quia augur erat creatus: quod placet. Hæc dedit æneæ sortes. hoc totū indiuino Maronis opere pertractatur. Parentem: Anchisem. Lares captos. deos patrios: quos ut tolleret: Hector in somnis admonuit. captos autem a græcis utiq; euersa urbe intelligendum. Virgilius. Aduectum æneā classi uictosq; penates Inferre. Ilion. græcus est accusatiuus: & neutri generis. At Ouidius de arte amandi primo: fœminino genere protulit. Tunc cum tristis erat defensa est ilion armis. & Eusebius libro temporum air. Ilion condita ab Ilio. & quarto carminum Horatius. Non semel Ilios uexata est. Nondum firmauerat: nondum sanciverat urbem suo de nomine: nisi deinceps captis in Auentino auguriis. uel nondum urbem muro sepserat: aut septam muro nequis transgrederetur per supplicium nondum firmauerat. Propertius elegiarum tertio: Et cæso mœnia firma remo. Consorti non habitanda remo. Nempe Romulus ubi muro urbem sepsit: legem tulit ne quis mœnia transiliret: qui secus faceret reus esset capitis: Remus seu fratris præcepta negligens seu iuuenili raptus impetu ea supergressus est: & a Celere ductore: ut historici scribunt: seua Fabio: ut Eusebius libro temporum meminit: nam Fabius celer sorte uocabatur: pastorali rastro percussus occubuit. Lucanus primo. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Consors dicitur eiusdem sortis. ideest qualitatis in omni fere negotio. Sappho ad Phaonem. Non tantum alceus consors patriæq; liræq; Laudis habet. hic enim de fratre dixit: ut Ouidius metamorphoseos undecimo de Ceice. Quæ dum lucifero genitis miracula narrat De consorte suo. Herbosa palatia: loca herbis obsita: ubi romana palatia superba structura ponenda erant. In iouis arce. ubi nunc est capitolium quod dicitur arx Iouis: q; ut ait Varro in summitate trapei locata esset ea ædes. Propertius elegiarum quarto. Trapei usq; pater nuda de rupe tonabat. Stabant casæ: ideest constructæ erant. Idem eodem elegiarum: Hoc quodcunque uides hospes quam maxima roma Ante phrygem æneam collis & herba fuit. Atq; ubi nauali sunt sacra palatia phœbo Euandri profugæ procubuere boues.

Nunc te uocales ꝑpellere pollice chordas:
Nūc precor ad laudes flectere uerba meas
Ipse triumphali deuinct⁹ tempora lauro
Dum cumulant aras ad tua sacra ueni:
Sed nitid⁹ pulcherq; ueni: nunc indue uestē
Sepositam: longas nūc bene pecte comas.
Qualē te memorant saturno rege fugato
Victori laudes concinuisse ioui.
Tu ꝑcul euentura uides: tibi dedit⁹ augur
Scit bene quid fati ꝑuida cantet auis.
Tuq; regis sortes: p te præsentis aruspex:
Lubrica signauit cum de⁹ exta notis:
Te duce romanos nunq; frustrata sibylla:
Abdita quæ senis fata canit pedib⁹.
Phœbe sacras messalinū sine tāgere chartas:
Vatis: & ipse precor quod canat illa doce.
Hæc dedit æneæ sortes: postq; ille parentē
Dicitur & captos sustinuisse lares.
Hęc fore credebat romā: cū mœst⁹ ab alto
Ilion ardentes respiceretq; deos.
Romul⁹ æternæ nondum firmauerat urbis
Mœnia consorti non habitanda remo.
Sed tunc pascebant hærbosa palatia uaccę:
Et stabant humiles in iouis arce casæ.

Fistula garrula.i.arguta uocalis.Sic Maro in copa.En menalio quæ garrit dulce sub antro Rustica pastoris phystula in ore sonat. Agresti:rudi. Siluestri phystula facta deo.Fabulã mouet. Pan quũ Syringæ amore detẽtus fugiẽtẽ puellã insequereꝛ:dei miseratione moti supplicẽ in calamũ cõuerterũt:quẽ calamũ inciſum ad ſui doloris ſolatiolum ille in phystula paulatim cõiunxit:quæ poſtea ſeptẽ cicutis:hoc eſt internodiis calamorum cõpingebaꝛ.Quod ideo figuratũ eſt:quoniã Pan naturæ ſimilitudinem habet:& ſepteni ſonos in cæleſti harmonia declarat per phyſtulæ ſeptimam compagem.dicta uero eſt phyſtula inflo.Pan ipſe natus ex tertio Mercurio & penolopa:ſi Ciceroni credimus de natu.de.iii.& Herodoto hiſtori.ii. Iungitur cæra.ex arte.ſ.inuentoris.Virgilius.Pan primus calamos cæra coniungere plures Inſtituit. At qua uelabri regio patet. Auentini accipit circuitum:cuius pars ima prope riberim dicitur uelabrũ a uelis:q; Romam uerſus per flumen uelabant.i.nauigabant:ſeu a uehendo: ut Varro ſcribit.de uelabro Propertius ita elegiarũ.iiii. Qua uelabro ſuo ſtagnabant flumine quoq; Nauta p urbanas uelificabat aquas. Illuc enim ad ſacrum commune homines latini uehebantur nauigiis. Niueæ cãdidus agnus ouis:laus eſt muneris.q; agnus cum ſit albi coloris:ex matre tamen candida natus dicatur. Scimus enim oues quanto candidiores tanto præcioſio res haberi ob eam rem q; lana earum uarios & ſine diffiſ culiate capiat colores.

Lacte madẽs illuc ſuberat panilicis umbrã:
Et facta agreſti lignea falce pales.
Pendebatq; uagi paſtoris i arbore uotũ
Garrula ſiluestri fiſtula ſacra deo:
Fiſtula cui ſemper decreſcit arũdinis ordo:
Nam calamus cęra iungitur uſq; minor.
At qua uelabri regio patet:ire ſolebat
Exigu9 pulla per uada linter aqua.
Illa ſepe gregis ditis paritura magiſtro
Ad iuuenem feſta eſt uecta puella die.
Cũ qua fœcundi redierunt munera ruris:
Caſeus:& niuæ candid9 agn9 ouis.

Mpiger ænea uolitãtis frater amoris:
Troica qui profugis ſacra uehis ratibus:
Iã tibi laurẽtes aſſignat iuppiter agros:
Iam uocat errantes hoſpita terra lares.
Illic ſanct9 eris.cum te ueneranda nouerca
Vnda deum cœlo miſerit indigetem.
Ecce ſuper feſſas uolitat uictoria puppes:
Tandẽ ad troianos diua ſuperba uenit.
Ecce mihi lucent rutulis incendia caſtris.
Iam tibi prædico barbare turne necem.

Mpiger ænea uolitãtis frater amoris. Sybillæ uaticinium ſcribit de Aenea & urbe condẽda habitum:ſignaq; futuro populo prodigioſa enarrat:& ſuæ ſe demum Nemeſi etiam atq; etiam commendat.

Omnes autem quos uidi codices hãc a ſuperiori diuiſam habent:quum tamen uideatur membrum eſſe præcedentis.dixit enim:Hæc dedit æneæ ſortes.reuertitur enim ad propoſitum poſt multam euagationem.Sciendum ſane nihil hic ab eo tangi:quod a Liuio diffuſe & ordinatim non ſit in hiſtoria ab urbe condita commemoratum.quem tamen una cum reliquis hiſtoriographis:ut noſter eſt mos:omittimus:contenti poetarum teſtimoniis:quæ omnia temeſi ad hiſtoriæ utiq; comprobationem non erunt:ad uerba tamen referentur ter inexponendum. Volitantis frater amoris Aeneas ex Anchiſe & Venere genitus ẽ:at Cupido ex Venere & marte natus:qui Antheros dicitẽ. Quãquã ſecunda uenus:ut ſupra diximus ex ſecundo mercurio Cupidinẽ alterum ſuſtulerit. Frater ergo Aeneas cupidinis.Virgilius:Frater ut æneas pelago tuus omnia circũ Littora iactet. Ibi Seruius Honoratus ſcribit Simonidem uoluiſſe Cupidinem ex uenere tantum eſſe progenitum:ideo ab eodem poeta.Nate meæ uires dictum. Alii uero ex Venere & Chao:primæ rerum naturæ eũ eſſe filium uolũt:& amoris Tibullus dixit p cupidinis. ut Maro:Ergo his aligerꝛ dictis affatur amorẽ græcos ambo imitati:qui uno nomine utrũq; ſignificant. Volitantis:uagabundi. Nam philoſophi uentoſas ei pennas addiderunt:ſententiæ inſtabilitatẽ ſuæ dimonſtrates i amatore. Terentius.In amore hæc ſunt uitia:iniuriæ:ſuſpiciones:inimicitiæ:induciæ:bellum. Impiger:ſtrẽnuus:diligẽs.Cicero:Quis eſt tam in ſcribendo impiger q̃ ego. Sacra.deos penates. Iã tibi laurentes deſignat iuppiter agros:Laurens oppidum a Pico conditũ.Virgilius:Laurentis regia pici:uel a Latino:ut meminit Seruius utranq; in ſeptimo commentario colligens opinionem a lauro maxima denoiatũ. Aneas autẽ ut ſcribit Euſebius libro temporũ i latiũ uenit poſt captã troiã anno tertio ſeu octauo:ut quidã alii putãt:latiniſq; ipe rauit:qui poſtea romani dicti ſunt:annorum trium ſpatio. Errantes deos:multis qppe in locis cõſederũt ubi ſedẽ figere nõ licuit. Numici unda:numicius fluuius ẽ i agro laurẽt:iuxta quẽ Aeneas ſacrificãs plapſus nec i uentus:poſtea iuppiter indiges uocatus ẽ:Ouidio ſcibẽte.xiiii.metamor. Fecitq; deũ quẽ turba grini Nuncupat idigetẽ:tẽploq; ariſq; recipit. Cato tamẽ ſcribit apud Lauro lauinũ orta pugna Aeneã nõ cõparuiſſe:q̃ Latinus moritur:& Turnus auſugit. Diua ſupba:uictoria nobilis:quã p̃cat Aeneæ fauear:ſecutus. Maronẽ:q turnũ dicit ignes iaculatũ fuiſſe in naues troianorꝛ:cũ Aeneas ipſe ad ſocialia arma cõparãdũ tereꝛdiſſet:ſed ex matris deum precibus in nymphas mutatæ fuerunt. Rutulis caſtris.Rutula gens fuit:cui Turnus imperauit.

Iam tibi prædico barbare turne necẽ. Turnus ab Aenea ſingulari certamine uictus eſt:ut diuinum Maronis poema teſtatur. Atqui male dicit Turnũ barbarum uocando:quum ille Rutulus fuerit.ſed uel eũ barbarũ uocat:q; tam & ſi rutulus erat:tamen ſui maiores ex græcia oriũdi fuerant. Venilia enĩ Amatæ Latini regis uxoris

foror cum genuit: quã constat duxisse genus a Danae Acrisii filia. hæc etenim uitiata a Ioue quũ arcula esset in eluſa proiicitur in mare parẽtis iussu. sed in italiã delata inuenit a piſcatoribus cũ Perſeo puero: quẽ in illa ediderat: & oblatã regi rex ſibi iunxit i matrimoniũ: ardeãq; ipſa cõdidit. Quare cũ turnus quaſi ſemilatinus eẽt forſitan ob id q; prauitate in loquẽdo uteret. & latina impfecte quaſi barbare ꝓnunciaret: barbarũ appellauit: uel q; difficulter cum aſpritate & duritia tanꝫ inuita natura loqueret: quos hoies balbos bleſoſq; dicere ſoliti ſumus. Quapropter ingenioſus poeta alludens ad craſſitudinẽ Turni regis barbarũ dicit: effingens tarditati cognatũ in loquẽdo nomẽ per cõuitium quidẽ: quaſi duri loquũ & craſſilinguẽ dicere eũ uoluit. Laurẽs caſtrũ. laurentũ dicit. Caſtrum eſt locus muro circundatus qd per diminutiõem teſte Priſciano caſtellum facit. Oui. metamophor. ultio. donec caſtrũq; ſacraſq; Lauini ſedes tiberinaq; ad hoſtia uenit. Sed caſtra tentoria ſũt in qbus expeditionũ tpe milites diuerſanẽ. Muruſq; lauini ẽ. periphraſticos lauinũ ſignificat ab Lauina latini regis filia denoiatum. Iuuena. ſatyra. iiii. Atq; nouer caſi ſedes ꝓlata lauino. Albaq; ab aſcanio cõdita longa duce. Alba uocata eſt longa: ut liuius ſcribit: a ſitu in longũ dorſum porrecto: quã Aſcanius cõdidit ſed uter fuerit dubitat Titus Liuius: ille ne ex Creuſa pꝝem Aenea fugiẽtẽ ſecutus in italiã: An q ex Lauina genitus ſit. Dixit. n. Virgilius octauo. Ex quo terdenis urbẽ redeũ tibus annis: Aſcanius clare cõdet cognominis albam. Perplures tñ affirmãt Aſcaniũ ex Creuſa. Statius ſyluarũ qnto in epicædio pꝝis. Iugera nra tenens ubi poſt æneia fata Stellatus latus ingreſſit montibus albã Aſcanius: Phrygios dũ pigues ſanguine cãpos Odit: & inſeſtæ regnũ dotale nouercæ. Hocitẽ Eutropius li. primo & Euſebius de tẽporibus: & Iuuenalis prælegata ſatyra atteſtanẽ. Illa. q̃ mater Romuli & remi fuit: dicta Ilia Rea Siluia. trinomia. n. fuit. Vittaſq; iacẽtes. nãq; dum aquari uult ſomno urgente iacens humi a Marte cõprimit: unde comaꝝ turba ultra concidit. Forſitã etiam ad id refert qd illa ante corporis ſtuprũ uidit. Ouidio ſcribente hoc faſtoꝝ: tertio: Ignibus iliacis aderam cũ lapſa capillis Decidit ante ſacros uitta ſoluta foccos.

Ante oculos laurẽs caſtꝝ: muruſq; lauini ẽ:
Albaq; ab aſcanio condita longa duce.
Te quoq; iã uideo marti placitura ſacerdos
Ilia ueſtales deſeruiſſe foccos.
Concubituſq; tuos furtim uittaſq; iacẽtes:
Et cupidi ad ripas arma relicta dei.
Carpite nunc tauri de ſeptẽ mõtib9 herbas:
Dum licet: hic magnæ iã loc9 urbis erit.
Roma tuum nomẽ terris fatale regendis:
Qua ſua de cœlo proſpicit arua ceres.
Quaq; patent ort9: & qua fluitãtib9 undis
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Troia quidem tũc ſe mirabitur: & ſibi dicet
Vos benetam longam conſuluiſſe uiam.
Vera cano: ſic uſq; ſacras innoxia laurus
Veſcar: & æternum ſit mihi uirginitas.
Hæc cecinit uates: & te ſibi phœbe uocauit:
Iactauit fuſas & caput ante comas.
Quicqd amalthea: qcqd marpeſia dixit

De ſeptẽ mõtibus. a quibus roma ſeptẽ collis appellata eſt. eorum montium nomina ſunt hæc. capitolinus: qui & Tarpeius. Auentinus. Palatinus. Cellus maior & minor: Exquilinus. Viminalis. Quirinalis. Magnæ iam locus urbis erit. magna fuit Roma & amplitudine loci & ſmperio. Properuus elegiarum tertio. Septẽ urbs alta iugis toto quæ præſidet orbi. Qua ſua de cœlo proſpicit arua ceres. Error eſt de Sicilia itelligere. Nempe Romani imperii fines latiores fuiſſe q̃ Sicilia concipiat quiſq; uel infantiſſimus nouit. Sed totius fere terræ ambitus accipiendus eſt. Dixit enim Ceres ſuas arua proſpicit: pro quacunq; homines cereris alimento: ideſt rationabiliter uitam ducunt. Nam & Romani ſuũ imperium per orbem terrarum ſed neutiq; totum prolatarunt. Seu Cererem pro luna ponit ediuerſo Virgilius Georgicorum primo. Nam democritus & ſtoici unum deum & alteram deam ſed diuerſis in utilitate mortalium nominibus aſſeuerarunt. Quaque patẽt ortus: de utroq; mundi cardine ponens mundum intelligit uniuerſum in laudem Romani imperii: & eſt quaſi expoſitio ſuperioris uerſiculi. Vt enim diximus: per ortum & occaſum: totius mundi naturam colligit. Sic Horatius car. iii. per arcticon & antarcticon de Romanis ingens. Quicunq; mundo terminus obſtitit. Hunc tanget armis uiſere geſtiens. Qua parte de bacchenẽ ignes. Qua nebulæ pluuiiq; rores. Vndis fluitantibus. propter natoralem ad oceanum fluxum. Amnis: liptote ut Apparent rari nantes in gurgite uaſto. aut reſpicit ad maris naturam amnis dicendo nare uertere. Nam Oceanus terram circuit. & uelox eſt. unde teſte Priſciano de duodecim Virgilii carminibus dicitur hoc eſt celeri motu: quare fluitantibus undis dictum eſt. Equos: ſolis eq quattuor ſunt: Pyrous: Eous: Ehon & flegon. Anhelantes: diurno labore anxios. Statius achilleidos primo. Et oceani penetrabile litus anhelis Promittebat equis. Troia quidem tunc ſe mira. alludit ad uocabulum animalis & inſigne troianorũ. nam troianorum inſigne troia fuit. uulgus latinitatem ſeruat. i. ſacrofam ſcu ſuẽ. unde arma quæ fixit Troia: & ingẽtẽ ſatiſſet ad ethera troiam. Virgilius ait. i. inſigne romanorum. ut ad octauiũ Meſſala interpretatur. Mirabitur ergo ſe ex ſui nominis homines adeo creuiſſe. Conſuluiſſe: conſulto determinaſſe: ut conſultaq; bella. Veſcar laurus ſacras. i. fungar ſcientia uaticinandi: & antique poſuit ueſcor cum accuſatiuo: ut potior & fungor apud Terentiũ eiuſmodi uerba ablatiuum recipiunt. Te ſibi phœbe uocauit: ut ſcilicet a furoris pondere leuaretur. Quicquid amalthea: quicquid marpeſia dixit Eryphile phœbo grataq; quod monuit. Lactantius Firmianus diuinarum inſtitutionum primo decẽ ſybillas enumerat: & qua de re: quibuſq; auctoribus: quæq; ſcripſerint.

Rē ri. ca. & to. Pusionē quēdam q rei uenereæ impitus poetæ amicā subagitare cupiens inepte tētabat Catul. in conatu deprehendit. illūq; frustra laborantē mentula sua pcussit. Cat. itaq; alloquit eiusq; cachinū ad ridendū excitat. Incertū est quē nam Cat. intelligat poeta. Vticensem intelligi nō posse affirmauerim. nā quum hæc Catul. scribebat iā Iulius cæsar ut bis supius patuit imperiū ro. occupauerat & Cato iā uticæ ātē cæsaris imperiū se pemerat. nisi dicamus nullum esse certū hoc epigrāmatum ordinē: plurimos ātē fuisse Catones diligenter scribit Gellius. Tuo ca. hoc uticē si Ca. dici non pōt. cōstat. n. illū rigidissimum fuisse: ut Cice. in oratione pro Murena plane indicat. Pupulū. antiqui pupum puerū & puellam pupam dixerunt. Varro. Māmam lactis sugentem poscere pupū. Inde diminutiua pupulū & pupillum. Trusantē. mentulā in exteriora genitaliū agitantem impellētē. nam & trudere de re uenerea dicit. Mar. Trudi tur & digitis panucea mentula lassis hic molæ trusatiles discuntur quæ manu agitant: ut est apud Catonē in re rusticat a quo trusare. Dione. mater fuit Veneris a qua filia Dione denoīata est. Papin. in achilleide. Sed solā nimiū uidisse dionē. Cecidi. pcidi: pædicaui. Mea ri. f. mentula. Rigida. turgida. ptensa. Mart. Ih molli rigidum libēter hēs.

Tu nī scies pticeps amoris. Ad catonē
o Rem ridiculam cato: & iocosam
Dignāq; auribus & tuo cachino
Ride quicquid amas cato catullum:
Res est ridicula & nimis iocosa:
Deprendi modo pupulum puellę
Trusantem: hunc ego si placet dione
Pro telo rigida mea cecidi.

In Mamurram & Cæsarem.

De Mamurra & Cęsare:
p Vlchre conuenit iprobis cinædis
Mamurræ pathicoq; cæsariq;
Nec mirum maculę pares utriscq;
Vrbana altera. & illa formiana:
Impressam residentnec eluentur:
Morbosi pariter: gemelli utriq;
Vno in lectulo erudituli ambo:
Nō hic q̄ ille magis uorax & adulter:
Riuales socii: & puellularum
Pulchre conuenit improbis cinædis.

Vlchre conuenit iprobis cinædis. Satyrico more Iuliū Cæsarem atq; Mamurrā phormianū exagitat nefandas eorū libidines: rapinas: efficminatasq; mollicies carpēs: In hos extat poetæ illud supius amarulentissimū iambicū. Quis hic pōt uidere qs potest pati. Maculæ. infames uitiorū notæ & eorū auaritias atq; rapinas itelligit: aut certe eorū infamia adulteria significat. Vrbana altera. urbana Cæsaris adulteria q̄ illi in triūpho a militibus uersu fescennino libere obiecta sūt. ut notat Trangl. hoc uersu fuare uxores mœchū caluum adducimus. Illa phormiana. nā Mamurra fuit Phormianus ut supra dictū est. Impssæ. i. eorū facie uitaq; infami infixæ sūt. Eluentur: delebunt. Morbosi. flagitiosi. Vno in lec. lectū cubiculariū dicit ubi flagitiosas libidies agitat. Hic: Mamurra. Quā ille. Cæsar. Vorax. pdigus: luxuriosus: gulosus ut supra. Et si ipudicus & uorax: & aleo. Riuales socii & pu. ordo est socii riuales puellularum.

Ad Cælium Prætorē.

Aeli lesbia nostra lesbia illa. Lesbia suæ insatiabi
c les & multiplices libidines coitusq; cū populo agitatos facere indicat Cælio ptori. Cali. hic ille. M. Cæli. ptor: pro quo Ciceronis pstans extat ōro. Angiportis: hoc angiportū dicit ut Terentius. Illud angiportum nō est puium. & hic angiportus. Ora. Flebis in solo leuis angiportu: & ut scribit Donatus angiportus est angusta & curua uia. alii dixerunt q̄ sit locus angustus itet portus & domos. Glubit. excoriat expoliat. aut. n. dicit. Lesbia facta meretrix publica iuuentutē romanam spoliat & denudat: aut rem pudendā tangit. Nam mulier crissās utrilia membra excoriat. Glubit. n. significat denudat & spoliat erumpit. M. Varro de re rustica. Gluma uidetur habere aetymon uocabulum a glubēdo: q̄ eo folliculo deglubetur granum. Cat. in re rustica. Quæ senem maturum non habebit quum glubet tempestiua erit. Magnanimos. ironice. Nepotes. posteros. Remi. pro Romulo posuit. supra disertissime. Romuli nepotum.

Ad Camerium.

On custos si ego fingar ille cretū. Importūas Camerii latebras iterū iocose arguit significans sibi nul
n las tā magnas uires nullāq; tam indomitā celeritatem posse dari: quas i q̄rendo Camerio defatigatio ne nō consumeret. Nō si. intelligendū est te inueniā: aut aliqd tale. Custos cretū. Dædalus Mitiōis filius athenis capitis iudiciū effugiens in cretā delatus ingenio adeo acceptus fuit Minoi ut athenienſibus bellū inferens illū regni procuratorē reliq̄rit. unde custos cretum a Cat. nūcupatur. Sunt q referant ad labyrinthi custodiam: qđ non placet. de Dædalo legas Diodorū siculū li. v. Cretum. cretensiū cres cretis declinat. Pegaseo. pegasus equus alatus ex Medusæ sanguine ortus dictē poetarū carminibus maxime decantatus. æthiopia ut ait Pli. li. xiii. ca. xxi. gñat equos pennatos & cornibus armatos quos pegasos uocant. Lada. Ladas uelocissimus fuit cursor. Cuius Cicero in rhetoricis meminit. Mar. in. ii. Inuitum iubeas subire ladā. Mix igit ē neq

a Plinio neq; a Solino egregios cursores describẽtibus huius ladæ: quẽ ꝓbatissimi tres auctores celebrauerũt usq; nomẽ positũ fuisse. Perseus. filius Iouis & Danaes Acrisii argiuoꝝ regis filiæ ex aureo imbre ut ferunt fabulæ genitus: missus a Polydecte Magnetis filio ad gorgonas: a Mercurio q eũ dilexit thalaria & pegasũ ac cepisse existimat. plura de perseo legito apud Hyginiũ. Nõ rhesi. Rhesus Ceronei filius thraciæ rex equos habuit uelocissimos i qbus ad troiã ducendis pendebant fata troiana. quũ eos ad troiã duceret: ac iam clausis portis noctu in littore castra posuisset: Diomedes auertit equos in castra priusq; pabula gustassent troiæ xanthiq; bibissent. de Rheso legas Homerum in .x. iliados.

Bigæ. biuges eq. Plumipedas. i. alipedes hoc é ueloces ut Calais & Zethis fuisse ferunt. Volatiles. ut oia uolatilium genera. Ventoꝝ. q alati a poetis finguntur. Iuuenalis in qnta satyra. Nã dum se continet auster: Dũ sedet & siccat madidas in carcere pennas. Ouidius. Hæc boreas aut his nõ inferiora locutus Excussit pennas. Oibus me dullis. expssio est extremæ defatigationis quũ medullitus se defessum cõquerat. Et multis lãgoribus pssus. hic uersus in oibus quæ adhuc legi exẽplaribus corruptus ẽ. Nã secundus pes qui deberet esse dactylus inuenit spõdeus: nisi forte suspicari uolumus a Catullo facta epenthesim ut sit lanigoribus pro langoribus: ut indupator.

Non rhesi niueæ citæq; bigæ.
Adde huc plumidas uolatilesq;:
Ventorumq; simul require cursum:
Quos iunctos cameri mihi dicares:
Defessus tamen omnibus medullis
Et multis langoribus pressus
Essẽ: te mihi amice quẽritãdo. In rufũ:
b Ononiensis rufa rufum fellat
Vxor meneni: sępe q̃ i sepulchris
Vidistis: ipso rapere de rogo cœnam:
Quom deuolutũ ex igne ꝑsequẽs panẽ
A semiraso tonderetur ustore.

In Rufum irrumatorem.

Ononiẽsis rusa ru. fellat. Scazone uersu Rufi ne
b fariam libidinẽ amarulẽte lacerat: q cuiusdã mulieris magæ os irrumabat. Rufus p simplx. f. scribi debere signat Mar. quũ hoc nomen qnq; tñ lras continere scribat. Fellare est mãmam lactare & sugere: inde Solinus ait ubera fellitanda: hinc trahitur fellare et mentulam ore excipere ac sugere: irrumationẽ ore pati. Sæpe quã in sepulchris: hãc mulierẽ ad maius Rufi dedecus magam esse ostendit quũ eam in sepulchris uersari dicat: ibi n. magæ ossa magica colligunt: & manes eliciũt: ut scribũt Oratius & Luc. Tibullus de muliere magica. Hæc cantu finditq; solũ manesq; sepulchris Euocat: & repido deuorat ossa rogo. Cœnã. silicerniũ dicit mortuoꝝ cœnã aut mortuorum membra quibus pro cœna uescerentur: ut Tibul. Et repido deuorat ossa rogo. Vstore. ustores dicuntur alio uocabulo bustuarii: & hi qui rogis comburẽdisq; cadaueribus operam locabant. Vstrina uero dicitur locus ubi rogi fiebãt. Tonderetur. i. percuteretur ut stipite aut torre aliquo uerberibusq; abigeretur.

Vm te leæna montibus libyssinis
Aut scylla latrãs ifima iguinũ pte
Tam mente dura procreauit ac tetra:
Vt supplicis uocem in nouissimo casu
Contẽptam amici haberes tã fero corde

Epithalamion Iuliæ & mãlii

c Ollis o heliconii
Cultor: uraniæ genus
Qui rapis teneram ad uirum

Semiraso. nã ustores illi sic uerticẽ semirasũ habebãt ut nunc sacerdotes. Ad Camerium.

Vm te leæna montibus libissynis. Camerii q poetæ ꝑces ñ admittebat durã imanitatẽ atq; iplicabilẽ
n aium cõqueriẽ. Mõtibus libissynis. i mõtibus lybiæ imanes & ꝑcipui nascunt leones ut apud Virg. in. iiii. æneidos patet. & gel. i androcli historia docet: a libya libycus & libyssus & libyssis & libyssimo deriuat. de mirabili leænæ partu legito plura apud gel. Aut scylla. hoc ex fabula dictũ. fertur. n. scylla phroci Cir. odiosis ueneficiis pubetẽs in latrãtia monstra cõuersa ac seuissimũ siculi maris periculũ facta: itaq; naues illuc transeuntes in maxime absorbens ꝑcipue crudelitatis extat exemplũ. unde Vir. latrãtibus inguina monstris. Vocẽ ꝑces meas. Amici. i. mei q sum tibi amicus: omnes fere codices habent animi: repugnante secundo pede: qui iambus esse debet corrigatur igitur uersus sic. Contemptã amici haberes tam fero corde.

Epithalamion Manlii & Iuliæ.

Ollis o heliconii. Epithalamion hoc poeta i Iuliæ nobilis rõane ac Mãlii Torq̃ti auspicatissime cã
c tauit. epithalamion. i. nuptiale carmen apud latinos primus auctor cuius memoria lris tradatur: Catullus noster affertur: huius fœlix secutus auspicium Oui. fabii cuiusdã maximi nuptias carmine celebrauit: ut ipse poeta eũdem Fabiũ quadã in epistola eleganter alloqns sic indicauit. Ille ego q dixi uestros hymenæon ad ignes: Et cecini fausto carmina digna toro. hos poeta secutus tertius q̃tum litteraꝝ monumentis extet Papinius Violantillæ neopolitanæ mirõnæ: ac stellæ nobilis poetæ uenustissimum cõiugium huiusmodi carmine nobilitauit. Apud græcos uero ut ex eorum scriptis colligi potest primus Apollo nuptiale carmẽ ceciniss traditur: q ut Pla. ex Eschyli tragœdia uerba recitans demrat Thetidis & Pelei nuptias non satis auspicato cãtu celebrauit. In hoc epithalamio imitatione dignissimo poeta primũ inuocat hymẽ ad has nuptias auspicatissime celebrãdas. Deinde fausto carmine cõiugii munera concinens omnes antiquarum nuptiarum ritus elegantissime demonstrat. Vraniæ genus. hymenæum ex urania musarum una genitum dicit. & ideo eum heliconis musarum natalis soli cultorem & habitatorem singit. Martianus autem capella i primo carmine de mercurii nuptiis scribit Hymenæum, Veneris & Bacchi fuisse filium. Heliconii collis. helicon boe-

tiæ mons est parnaso emulus assurgit. a parnaso tamen aliq̃tum distat. uterq; niuibus pulsatur. musis natale solum esse Strabo & Plinius testãtur. Rapis bene rapis. nam ut scribit Festus rapi simulat uirgo ex gremio matris. aut si ea non est: proxima necessitudine: quum ad uirũ traditur. q; uidelicet ea res fœliciter Romulo cessit. poeta infra. Qui natã possis complexu auellere matris. Item rapi et fax dicitur in nuptiis qua prelucẽte noua nupta deducta est ab utriusq; amicis ne aut uxor eam sub lecto uiri ea nocte ponat: aut uir in sepulchro cõburendã curet: quo utroq; mors propinqua alterius captari putat. Hymen o hymenæe hymen. uersus interclaris boni auspicii causa frequẽter repetitus. Ex illo in cassina plautio sumptum uidetur. Age tibicen dum nouam nuptam foras ducunt: cantu cõcelebra oẽm hanc plateã hymenæo. Io hymen hymenæe o hymen. Cige tempora floribus. nã sertis redimitus semp nuptiis interesse fingit. Amaraci. Amaraci regii pueri fabulam recitat Seruius in primo æneidos. herba est amaracus suauissima sansucus alio uocabulo appellata: nunc maiorana nam puto uocari. De amaraco siue sansuco legas Plinii li. xxi. cap. xi.

Virginem o hymenæe
Hymen o hymenæe hymẽ
Cinge tempora floribus:
Suaue olentis amaraci:
Flameum cape: lætus huc
Huc ueni niueo gerens
Lutheum pede succum:
Excitusq; hilari die
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula
Pelle humũ pedib9: manu
Spineam quate tædam.
Namque iulia mallio
Qualis idalium colens
Venit ad phrygium uenus
Iudicem: bona cum bona
Nubet alite uirgo:
Floridis uelut enitens
Myrtus agia ramulis:
Quos hamadryades deæ
Ludicrum sibi rosido
Nutriunt in humore.
Quare age huc aditũ ferens
Pergel inquere thespiæ
Rupis aonios specus:
Nympha quos sup irrigat
Frigerans aganippe:
Ac domum dominã uoca
Coniugis cupidam noui:
Mentem amore reuinciẽs:
Vt tenax hedera hac & hac
Arborem implicat errans.
Vos iterum simul integræ

Flameum. quo nouæ nuptæ caput ad pudorẽ demostrandũ obtegitur. ẽ ãt uelamẽ flamei. i. rubei coloris: & inde denominatũ. Pli. li. xxi. cap. viii. Lutei uideo honore antiqssimum in nuptialibus flameis totũ fœminis cõcessum. Lætus. cã boni auspicii. nã nisi lætus interfuit nuptiarũ infœlicem exitũ demostrat: uti Orphei & Eurydices nuptiis factũ est. Pelle humũ pedibus. saltationis diffinitio. Ora. Gaudẽt iuisam pepulisse fossor ter pede terrã: & alibi. Alterno pede q̃iunt terrã. Carmina nuptialia: epithalamion græce latine nuptiale carmen dicit. Apellabant itẽ antiq carmen sceninũ ut scribit Festus qd̃ iocis mordacibus plenũ in sponsum proferat ab urbe sabina seu osca fescenina. dequo Luc. inqt: Nec more sabino Excepit tristis cõuicia festa maritus. Tinnula acuta. uocabulũ est facticium a uocis sono aeris instris eliso. Spineã q̃te tædã. oẽs codices quos adhuc legeri hũc pineã sed ego duabus rõibus motus correxi legendũ eẽ spineã: primũ ex pinu faxini fumosa & ppea nuptiis luctuosa eẽ n̄ pt: qd̃ a Catullo ad nuptias iuocari ẽ ipissimũ. Præterea Pli. de arbor̃ noiata spin scribit. In eosdẽ suus comitat̃ & spina nuptiarũ facibus auspicatissima. qm̃ inde secerint pastores q rapuerũt sabias: ut auctor ẽ Massurius. Nũc facibus cat pinius & corvlus familiarissimæ. Festus scribit ex spina q̃ alba dr̃ faces fieri solitas. legito Festũ i uocabulo primi. Quisq; ãt neq; plurs neq; pauciores fuisse nuptiarũ faces mãis de causis scribit Plutarchus i qõnibus. legito eũ. Itẽ de facibus Festus scribit: facẽ i nuptiis i honorẽ Cereris pferebãt. a q̃q; spargebat̃ noua nupta siue ut casta puraq; ad uirũ ueniret: siue ut ignẽ atq; aquã cũ uiro cõmũicaret. Lactãtius lib. ii. aquã & ignẽ in nuptiis pferri solitũ ait ad significãdã liberorũ procreationẽ. qm̃ ois genitura calor̃ & humore cõstat. Seruius lib. iiii. ex. M. Varrõis auctoritate diuersa tradit. Idalíũ. cvpri nemus: ut scribit Pli. & testat̃ Seruius Veneri sacrũ. Magna Iuliæ spõsæ laus q̃ Veneri pulchritudis deæ cõpet̃. Venit ad phrygiũ. Nã tunc Venus: ut reliqs deabus pferret̃ oi studio & arte multo se pulcherrimam ostẽdere conata ẽ. Bona alite. bono auspicio sine quo neq; publice neq; priuate qcq̃ apd̃ ãt̃ quos gerebat̃: aut initiũ hẽbat: Cicero Liuius Vale. scribũt. ide nuptiarũ copulatores auspices nũcupati sũt. Iu. Vẽiet cũ signatoribus auspex. Et Luc. cõtẽtiq; auspice bruto. Alite p auspicio: sic Ora. Scribis uario sortis & hostiũ uictor meonii carminis alite. Myrtus asia: hũc locũ deprauatũ eẽ certũ ẽ: quũ nusq; cõstet q̃ nã sit asia myrtus: Ita asseueraueri legendũ eẽ agia: cuius uerbi similitudine decepti librarii asia legẽdũ: sed falso pbuerũt. Tria nãq; myrti genera Cato & Pli. pdiderũt candidã nigrã & cõiugalẽ. hæc a græcis .i. myrtus scã dr̃. qa nuptiis & cõiugio dicata sit. Itaq; Iris qdẽ græcis legẽdũ puto. plura d̃ myrti legito apud Pli. li. xv. Hamadriades deæ. niphæ q̃ una cũ arboribus & nascunt & pereũt. siluarũ. n. niphæ sũt. Quar̃ age huc aditũ ferẽs cõclusio iuocatiõis. Thespiæ rupis. Thespia urbs ẽ boetiæ: liber̃. n. oppidũ: ait Plinius. Thespis uir fuit nobilis atheniẽsis Erictei filius q impans ei q̃ ab ipso denoiata est regioni ex pluribus fœminis filias genuit qnquaginta plura legito apud Diodorũ siculũ libro qnto. Thespias nobilitauit cupido praxitelis opus suis manibus sculptũ. Donũ uero cõsecrauit thespiẽsibus Glicerium meretrix. Thespiæ rupis. i. boetii heliconi. Specus. antrũ corvcũ in mõte parnaso unde musæ corvcides dicunt̃. Aonios. boetios. nã prius aonia deide boetia dcã ẽ. Nvmpha quos su. ir. su. Agãippe. fõtes i boetia siue aõia plurimi fũt. Pli. pterea fõtes i boetia ædipodia: epsamate. dirce: epigrãea: arethusa: hipocrene: aganippe: gargaphie.

Dominã ex amãtiũ cõsuetudine dixit q amicas uocãt dñas. uti. i. epigrãmate dictũ est: aut dominã matrẽsfamilias itelligas. Tenẽs. ãplectens. Oratius. Arctius atq; hedera pcaci astringit̃ ilex L̃etis adherẽs brachiis.

Integræ intactæ. sed uiris despõsatæ. quæ nouã nuptam ad uirẽ cõitamini: &. iõ qbus aduenit. i. instat. Par dies. s. thalami ac nuptiarũ ineundarum. In nodũ: in choriã rotundã. saltationis genus tangit. Virgines: ut hymenæũ cõcinant hortatur. An tangit uirgines atrias & mattias. a qbus noua nupta deducebatur ad uirum.

Ad suũ munus. ad cõiugiũ deuinciendũ. Dux. auctor pses. Bonæ ueneris. iusti coitus q est in solo mrimonio legitimo. extra cuius terminos nulla uenus pbari põt. Bonæ. legitimæ. iustæ: p humanis & diuinis legibus & institutis. Boni amoris. honesti & recti. q est coniugalis amor. Quis deus. nõ Cupido neq; Venus. neq; alius qsq;. sed hymenæus tantũ. Suis. s. filiab⁹

Tibi uirgines zonula soluũt sinus. i gratiã & honorẽ tuũ uirgines uirginale siue uẽtris claustrũ dissoluunt. Nam ut superius in passere dictũ ẽ cingulo quodã noua nupta pcin gebat qđ uir i lecto soluebat lactũ lana ouis: plura legito superi⁹. & apud Festũ. Sinus. p gremio posuit: nã eo cingulo gremiũ deuiciebat. Est itẽ uestimẽti gen⁹ quo puerorũ pectora induebãt. Papinius i siluis: Nũc herbas inuitãte sinu. i. thoracis indumẽto. Soluũt: p diæresim trisylla bũ ẽ: ut superius. Qui zonã soluit diu ligatã. Te timẽs. i. timẽs officiũ tuũ i prio cõpressu dux uirginibus. Captat eligit. nã capere ẽ eligẽ. Virgilius. Aut cape aut captas iã despectãr uidenẽ. Timida aure. i. ipa puella timida ne malũ maritũ eligat. aut timide de singulis iuuenibus: q suũ expectãt cõiugiũ. Aure. auditu ipso quo bene disquirit ne iuuenẽ in res uener eas nimis ferũ & proteruũ eligat.

Mris gremio suæ dedis. ãũq; nuptiarũ ritus singulatim exprimit. Nã ut ex Festi pscripto ẽ supradictũ & Catullus infra expssit scribẽs Qui natã possis cõplexu auellẽ mris. Et iuueni ardenti castam donare puellã. Rapi simulat uirgo ex gremio matris: aut si ea non est: pxima necessitudie quũ ad uirũ tradit: q uidelicet ea res fœlicit Romulo cessit. In omnibus fere codicibus deest hic uersus. Dedis o hymenæe hymen: sed addendus ẽ: ut sensus stet hoc mõ.

Tu dedis sero iuueni puellulã in manus a gremio mris suæ: quẽ uersum si detrahas neq; sensus stabit: neq; ordo catullianus. Nã poeta i hoc carmine nũq; hymeneũ noiat nisi duobus cõiuguis uersibus eũ iuuocet. unde appet librariorũ errore adeptum esse priorẽ quẽ posui uersũ. Nil põt sine te uenus fama qđ bona cõprobet cõmodi cape. Institãtia & cõmemoratio ẽ honestatis cõiugalis quã bonã uenerẽ & bonũ amorẽ i cõiugio supra dixit nũc cõmodũ bona fama cõprobãdũ ait. Huic deo: hymenæo. Quis nemo deoq; aut hoium. Domus. familia. Virg. Hic domus æneæ cõctis domiãbitur oris. Liberos. filios iusto mrimonio genitos. Liberos. ueros filios. Liberos. tã fœminas q̃ mares antiquoq; pprietas intellexit. Itẽ appellatõe liberoq; unũ filiũ siue ẽt unã filiam intelligere possumus. legito Gel. in noctibus atticis. Nec parẽs stripe de uicier. s. põt: sesus ẽ nulli parẽtes sobolis pcreatiõe sãguinẽ aut nomẽ suũ senecta perituq; ppagãr possũt sine legitimi cõiugii uiculo. Nã filii nõ legitime cõcepti neq; pris genus neq; hæreditatẽ sequũt. mrnãq; tãũ cognatione & cognomẽ seq possũt: & hoc legibus ciuilibus singulariẽ cõstitutũ ac sacitũ ẽ. Stripe. plis successiõe Stirps pprie dr de descẽdẽtib⁹ & posteris. uñ parẽtũ nroq; genus eoq; stirpẽ appellãr possumus. Deuicier. ppagari. Quæ tuis careat sacris. nõ qat dãr psides terra finibus Aut dicit i fœdere iter populos iũgẽdos dari nõ possũt obsides nisi sint iusto mrimonio cõcepti & tũc psides p obsidib⁹ itelligas: aut certe ait magistratus & puinciaq; seu regnoq; administrationes nõ dari nisi hoibus legitime natis. Finibus. regnis regionibus prouinciis terminos pro toto locorũ spacio posuit. ut Virgilius. Finibus expulsum patriis noua regna petentem. Pandite. o ianitores. Claustra ianuæ. ideſt ianuam Manlii clausam. Comas flammarum

Virgines quibus aduenit
Par dies: agite in nodum
Dicite o hymenæe hymen
O hymen hymenæe hymen
Vt lubentius audiens
Se citarier ad suum
Munus: huc aditum ferat.
Dux bonæ ueneris boni
Coniugator amoris.
Quis deus magis amatis
Est petendus amantibus?
Quem colent homines magis
Cœlitum? o hymneæe: hymen:
O hymen hymenæe hymen.
Tuis tremulus parens
Inuocat: tibi uirgines
Zonula soluunt sinus:
Te timens cupida nouos
Captat aure maritos.
Tu fero iuueni in manus
Floridam ipse puellulam
Matris a gremio suæ
Dedis. o hymenæe hymen:
O hymen hymenæe hymen:
Nil potest sine te uenus:
Fama quod bona comprobet
Commodi capere: at potest
Te uolente: quis huic deo
Compararier ausit?
Nulla quit sine te domus
Liberos dare: nec parens
Stirpe uincier. at potest
Te uolente: quis huic deo
Compararier ausit?
Quę tuis careat sacris
Non queat dare prędes
Terra finibus. at queat
Te uolente: quis huic deo
Compararier ausit?
Claustra pandite ianuæ:

apices: qui sunt facũ comæ. Splendidas: splẽdide ac clare lucẽtes: Iudiciũ est fausti coniugii: quũ faces nuptiales claras edunt flammas. Quatiunt. uibrant ob agitationẽ pueroꝝ portantiũ. Tardet ingenuus pudor. cum interrogatione seu percontatione legendum est tanq̃ diceret & si pudor honestatis indicium est tamen tantum erit connubii cõmodum: ut uirginalis pudor opprimi debeat. Ingenuus. ĩgenitus uel generosus: nam pudor uirginitatis est comes. Tardet. retineat ne: quasi dicat non. Quem audiens. cui pudori obtẽperans aliquã tium. Quod. qa. Ire. ad uiꝝ trãsire. Necesse ẽ. parentũ iussu & cõnubii peractis cogẽtibus. Flere desine. exhortatio humana: ut nõ tum eat ad uirũ pdire ac facie suã quæ hactenus celata fuit detegere: quũ nulla puella sub sole pulchrior inueniatur. Hercule ia. filia herculeii: hic mihi uidetur fuisse. L. Herculeius Sertorii i bello quæstor: qui quum. L. Manlium pro cõsulem. & Marcum Antoniũ legatum ꝓlio uicisset: postea a Quinto Metello procõsule cũ exercitu cæsus fuit. Talis in uario solet. aptissima pro uenustate demostrãda cõpatio. Diuitis dñi & ideo bene culto horto. Cultura hortoꝝ claruerunt Alcinous: hesperides: supbus Targnius: Cyrus: Epicurus hortoꝝ magister. legito Plinii. Flos hiacynthinus. Hiacynthi in florẽ conuersi fabula ab Ouidio latissime narratur. Eius radix balbucea mãgonicis uenalicii pulchre nota: quæ in uino dulci illita pubertatẽ coercet: & non patitur erũpere. Plura legito apud Plinii libro. xxi. Prodeas. procedas ad mariti ianuã: aut prodeas exeas hoc est tetegas abiecto flãmeo & ingredere sponsi domũ. Nostra uerba: nostrũ carmen sescenine licentiæ plenũ. Aureas comas: bonũ auguriũ futuræ in cõiugio fœlicitatis. Aureas: splendidas. quale augꝝ. Non leuis tuus. sescenina carmina exordit: & est sensus: Vir tuus deiceps nõ erit illicitæ ueneris uarietate detẽtus. sed cõstans pseruerãs iter cõiugii terminos a tuo cõplexu ñ alienabit Nõ leuis. cõstãs & stabilis i mrimonii fœdere. Mala ĩpudica. Adultera. mœcha pellice. Probra: ĩprobanda adulteria. Secubare. seorsũ cubare. Papillulis: quæ delicatissimæ & iocũdissimæ sũt. Lẽtaq; uelut ad situs. Sensus & ordo est. Vir tuus ĩplicabit in tuũ cõplexũ uelut lenta uitis q̃ iplicat arbores adsitas. & est lepidissima similitudo. Lenta. flexibilis. Adsitas. iuxta sitas & prope plãtatas. Arbores. ut populos ulmos & alia uitiũ pedamẽta: q̃ tanq̃ mariti sunt uitibus: est. n. apta & freqns locutio inter cõiugiũ & uitis societatẽ. Hora. Ergo aut adulta uitiũ ppagini altas Maritat populos. O cubile quod oibus Cãdido pede lectis Quæ tuo ueniũt hero. sensus est. O cubile Manlii gaudeas qa q̃plurima & q̃optima atq; maxima gaudia oibus lectis ueniẽt ad tuũ heꝝ Manliũ. O cubile. ordo ẽ o cubile gaudeas. Quod. s. gaudia subaudias ab inferiori. Quæ. qualia q̃optima gaudia. Quanta. q̃ maxima & quæ & q̃ta iterrogatiue legas. Omnibus lectis. s. tui dñi. Candido pede. fœlici accessu: & fausto pede ueniũt. pedem & passum seu gradũ pro aduentu & accessu poetæ freqnter posuerunt: Iuuenalis. Quid tam dextro pede concupis: ut te conatus non pœniteat: Ouidius i tertio metamorphoseos. Quem postq̃ tyria lucum de gẽte profecti Infausto tetigere gradu. Sic alibi poeta pro fœlici aditu mollẽ pedẽ dixit. Quo mea se molli candida diua pede Innixa arguta constitit solea. Nocte uaga. aut i qua hominum ĩbidines uagantur: aut manibus & umbris uagantibus concessa. Gaudeas. in omnibus fere catullianis codicibus legitur gaudeat: sed satis imprudenter ne dicam imperite. Nam & o. uocantis & tuo pronomẽ. quod nisi ad secundam personam non profertur: docent legẽdum esse gaudeas. nec possumus illud pronomẽ tuo ad sponsam referre: sed tuo hero ad cubile per apostrophen protulit. Tollite. aut extollite & eleuate: aut tollite auferte: & remouete faces quia iam aduẽtat sponsa. Pueri. patrimi & matrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis. unus qui facem præferret ex spina alba: quia noctu nubebant: duo qui nubentem tenebant. hæc festus. Plut. tamen ut supra dictum est: nuptiales quinq; nec plures pauciores ue fuisse tradidit: Vnius item facis nuptialis meminit Papi. in Stellæ uiolãtillæ epithalamio: Dat Iuno uerenda Vincula & insignis geminat cõcordia tela. In modos. in numeros & uersus: quos & Iuuenalis modos appellauit: Nectit quicunq; canoris Eloquium uocale modis laurumq; momordit: Ite o pueri & iuuenes. ab his enim fescenini uersus in sponsos decantabantur. Fescenina locutio. fescenini uersus: qui i nuptiis canebantur: ex fescenina urbe cãpaniæ dicuntur allati: siue ideo dicti: quia fascinum arcere putabantur: hæc Festus. hi autem uersus omnium uenerearum lasciuiarum opprobriorũq; plenissimi erant: & ideo poeta procacem ideſt lasciuam & petulantem locutionem appellauit: ut Lucanus. Conuitia Non soliti lusere sales nec more sa

Virgo adest: uidẽ ut faces
Splẽdidas q̃tiũt comas?
Tardet ingenuus pudor?
Quẽ tamẽ magis audiens
Flet: quod ire necesse est:
Flere desine: non tibi
Herculeia periculũ est:
Ne qua fœmina pulchrior
Clarum ab oceano diem
Viderit uenientem:
Talis in uario solet
Diuitis domini hortulo
Stare flos hiacynthinus:
Sed moraris: dies abit:
Prodeas noua nupta:
Iam uidetur: & audias
Nostra uerba: uidẽ ut faces
Aureas quatiũt cõas:
Prodeas noua nupta:
Nõ leuis tuꝰ in mala
Dedit⁹ uir adultera
Probra turpia psequẽs.
A tuis teneris uolet
Secubare papillulis:
Lenta quæ uelut adsitas
Vitis implicat arbores:
Implicabitur in tuum
Complexũ: sed abit dies
Prodeas noua nupta.
O cubile quot omnib⁹
Candido pede lectis:
Quæ tuo ueninnt hero
Quanta gaudia? q̃ uaga
Nocte: quæ media die
Gaudeas: sed abit dies:
Prodeas noua nupta.
Tollite o pueri faces
Flammeum uideo uenire
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io:

bino Excepit tristis conuicia festa maritus. Nec nuces pueris neget. pueri cōcubini seu cinædi deponētes ne fandissimum libidinis seruitium: spargebant nuces: quæ puerorum ludi erant: ad significandum libidinis seruitium: & cætera puerilia iam a se relinqui. Nuces pueroꝝ ludum fuisse testis est Martialis scribēs: Iam tristis nucibus puer relectis: Et blando male perditus frutillo. & alibi. Alea parua nuces & non dānosa uidet: Sæpe tam pueris abstulit illa nates. Persius. Et nucibus facimus quæcūq; relictis. Nuces itē in nuptiis spargebant: Cuius ret rōem hāc fuisse scripsit Mar. Varro ut Iouis omine celebret matrimoniū: ut nupta matrona sit: sicut Iuno. Nuces. n. Iouis tutela sunt unde & iuglādes sunt appellatæ q̄si Iouis glandes. illud āt ut ait Serui. uulgare est: ideo spargi nuces ut a rapiēntibus pueris fiat: ne puellæ uox uirginitatē amittentis possit audiri. hanc tamen uulgarē de nucibus opinionē secutus est Plutarchus: & Iuuenalis tetigit scribens. Audiat ille Testaꝝ crepitus cum uerbis. Plinius āt libro quintodecimo aliā attulit de nuptiaꝝ nucibus sentētiam his uerbis: Nuces iuglandes q̄q̄ ipsæ nuptialium fesceninoꝝ comites multo pineis minores uniuersitate eædēq; portiōe ampliores nucleo: nec non & honor his naturæ peculiaris gemino protecti: operimento puluinati primum calicis mox lignei putamnis. quæ causa nuptiis eas fecit religiosas tot modis fœtu munito. quod est uerisimilius: a qua cadēdo tripudium sonumue faciant. hæc ille. Catullus legitur duplici de causa libet a concubino Manlii nuces dari pueris sparsuris per tabulata seu pauimēta: Videlicet ut significet se iam a libidioso Manlii seruitio liberatum & emeritum: atq; ut de nuptiarum more nuces illas a concubino relictas: spargant pueri. Satis diu lusisti nucibus. satis diu puerilia seu muliebria passus es. Iāstias uir necesse est: quum dominus tuus uxorem ducat. Lubet. Manlio domino tuo. Thalasio. nuptiis matrimonio: nec amplius cinædos seq: Thalassii nomen in nuptiis romani crebro inuocabant: ut scribit Plutarchus aut propter lanificium: quod quassillum uocant romani. & sponsam introducētes pellem ouinam substernunt: aut uerum est id quod istorici tradiderunt a dolescentem quendam in rebus bellicis strēnuum & in primis preclarū: & alioquin uirum optimum Thalasium nomine romæ fuisse: Sed posteaq̄ romani sabinorum filias. quæ ad ludos uenerant de composito rapuissent: Virgo egregia specie Thalasio ferebatur a popularibus quibusdam: & Thalasii clientibus clamantibus quo tutius eam auferrent: nec quisquam accederet qui eam distraheret: uiolaretq; puellam. Thalasio ferri. reliqua igitur multitudo Thalasii honoris causa bonis ominibus & uotis puellam prosecuta ad Thala. deduxerunt: ex illo quoniam nuptiæ fœlices fuissent solēne permansit: & quemadmodum græci hymenæum ita latini Thalasium ominis boni causa in nuptiis nominarent: hæc Plutarchus. sane notandum: q̄ Thalasius & Thalassus dicitur. Mar. Nec tua defuerit uerba Thalasse tibi: & Thalasionem legimus apud eundem. Quid si me iubeas Thalasionem uerbis dicere quum Thala. Sordebant. sordidæ uidebātur displicebant: spernebant. Virgili. bucolicorum. Et faciam. quoniam sordent tibi munera nostra. Papinius sylua secunda: Digna deæ sedes nitidis nec sordet ab astris. Vilicæ. q̄rum amores & uenerē aspernabaris quum domini indulgentia floreres deliciis. Nunc quoniam nullo medicamēto dominus tuus pubertatem aut barbam tuam pululantem coerceat: nec te imberbem esse studeat afficere. Cinerarius. cinerarii & ciniflones dicuntur tonsores a conflandis calamistroꝝ cineribus in quibus calamistra ad iuuenum puellarumq; capillos uibrādos calefaciebant: ut scribit Porphirio. Varro item ait calamistrum quo calefacto in cinere capillus ornatur: qui ea ministrabat a cinere cinerarius est appellatus. Horati. ciniflones nominauit. Custodes lectica ciniflones para sitæ. Martia. Tondebit pueros iam noua nupta tuos. Diceris male te a tuis. apostrophe ad sponsum loco fescenina q̄ dicacitate permixta. Vnguentate. quod iudicium est effœminatæ libidinis. Tuis glabris. tuis iberibus cinædis: glaber depilem & imberbem significat: nam cinædi medicaminibus quibusdam barbā & pubertatem erumpentem coercebant. aut iam pululantem pumicibus eradebant. Iuuenalis. Catanensi in pumice lumbum Squallentes producit auos. Mar. Sit nobis ætate puer non pumice læuis. hoc & Plinius de pumicibus scribens testatur. Scimus hæc quæ licent. fescenina mordacitate ait Mālio sola pueroꝝ stupra hactenus fuisse cognita: non autem muliebres coitus adhuc nouisse: sed mox quum sit factus maritus nullam puerilis libidinis licentiam habebit. Hæc quæ licent. puerorum amores qui lege quæ prius scantinia: postea Iulia dicta fuit Catulli temporibus nondum prohibebantur. Etiam Iuliam appellari patet. istituta de publicis iudiciis. & ff. ad legem Iuliam: Scimus. ordo est. scimus hæc sola quæ licent esse tibi cognita: sed tibi marito facto ea nō licent. Hæc sola. stupra scilicet puerorum quæ adhuc licebant nulla lege prohibente. Sola. nam puellarum uiolatio iam legibus prohibebatur. Cognita. familiaria usitata. Eade. puerorum stupra. Nupta tu quoq; q̄ tuus. coniugali lege uxor cogit̄ in omnibus coniugalibus marito parere. Aliūde ab adultero. En tibi domus ut potens. gratulatur Iuliæ q̄ Iam statim facta erit materfamilias: Nam ut scribit Gellius materfamilias appel

Ite concinite in modos:
Ne diu taceat procax
Fescenina locutio:
Nec nuces pueris neget
Desertum domini audiēs
Concubinꝰ amorem:
Da nuces pueris inhers
Concubine: satis diu
Lusisti nucibus: lubet
Iam seruire thalasio:
Cōcubine nuces da.
Sordebāt tibi uillicæ
Cōcubine hodie atq; heri
Nunc tuum cinerariꝰ
Tōdet os: miser ah miser
Concubine nuces da.
Diceris male te a tuis
Vnguētate glabris marite
Abstinere: sed abstine:
Io hymen hymenæe io.
Io hymen hymenæe io.
Scimus hæc tibi quæ licēt
Sola cognita: sed marito
Ista nō eadem licent:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io:
Nupta tu quoq; quæ tuꝰ

lata est ea sola quæ in mariti manu mancipioq; esset: quoniam non in matrimonium tantum sed in familiam quoq; mariti in sui hæredis locum uenisset: Matronæ autem alia est significatio. legito Gellium. Domus potens. familia nobilis. Beata. diues. Sine fine. perpetuo matrimonio: ut Virgilius: Connubio iungam stabili propriamq; dicabo. Vsq; dum tremulum mouens. cum superioribus coniungatur: sed ordo turbatus est intercalari uersu. ordo enim uerus & rectus est. quæ domus sine ut seruiat tibi usq; dum tremulum. Quæ. domus Manlii. Sine. permittas concedas patiaris. Vsq; dum. donec quousq;. Anilitas. senectus. Cana tempus. habens tempora cana. figura nonissima poetis: aut mouens tremulum tempus. & est pars pro toto capite. Omnia. commoda cuncta. Annuit. concedit. Omnibus. hominibus. Trãsser omine cum bono. puellam iamnuæ appropinquantem ut de more uiri domũ ineat hortatur: Apud priscos nuptiarum ritus religiosus erat ne sponsa mariti domũ ingrediens pedibus limen hostii tangeret: quoniam: ut scribit Plutarchus: Romani q primas mulieres rapuerunt sic eas domibus intulerunt nõ ipsæ ingressæ sunt: siue q eo inuitæ ingredi uideri uoluntubi pudicitiam sunt amissuræ: An hoc potius signum est ipsam sua sponte domum non exituram: nec suos relicturam fuisse nisi coegeretur quemadmodum ut coacta ingressa esset: Aliam & fortasse probabiliorem opinionem de limine euitando affert Seruius in secundo æneidos: q uestibulum ianuæ sit consecratum Vestæ. unde nubentes puellæ non tangunt limen ne locum numini dicatum æ aleantes sacrilegium cõmittant. Trãsser. ordo est: fer aureolos pedes trans limen cum bono omine.

Fer. duc. Lucanus de hoc: Trãslataq; uetat cõtingere limina planta. Plautus in cassina. Sensim super attolle limẽ pedem noua nupta & sospes iter incipe. Rasilem. rasam politam. Forem. raro in singulari numero. Inuenitur Ouidius tamen in fastis posuit: custos in fore nullus erat. Aspice. congratulatio consolationis causa. Accubans tyrio i toro. hic mos nunc nõ seruatur. nam antiquitus uir in sede ornata locatus sponsam domi ingredientẽ expectabat amplexuq; excipiebat. Toro. sede. Virg. Inde toro pater æneas sic orsus ab alto. Vnus. solus aut ẽcipuus. Tyrio. purpura strato. Totus. animo & corpore. Immineat. in te accipiendam amplexandamq; sibi tentus. Ille si minus ac tibi. exhortatio a pari amore maritali. Ac. q̃. Vritur. amore ardet uehementi. Flamma. igneus amor. Sed penite magis: magis penitus hoc est interius uritur. magis. s. q̃ tu. Penite. pro penitus q̃d ualde intus significat. Mitte brachiolum teres. puerum paranymphũ hortatur ut sponsam cubiculo appropinquantem sub brachio capiẽs in uiri thalamum perducat. Prætextate. puer enim aliquis prætextatus fiebat paranymphus: sponsamq; in uiri lectum ducebat: ac discalciabat: de hoc uocabulo prætextato multa legito apud Macrobium. Mitte. pro immitte iniice.

Puellulæ. sponsæ. Iam cubile adeant uiri. sensus est. iam est tempus fœlices hic maneant: ut puellam in mariti lecto de more collocẽt. Sponsus teste Plutarcho in quæstionibus primum sponsæ non in luce: sed in tenebris iungitur: siue q eum pudet: quia antequam coeat alienam putat: siue q ad propriam uerecunde accedere meditans assuefacit: siue ut Solon scripsit sponsã malo cydonio degustato thalamum ingredi solitam: ut primus complexus nihil triste aut iniucundum haberet. Iam nunc. quia nox sit: concuba. Sedibus unis. uno in lecto cum sponso: alii legunt imis: idest in imo lecto & cubili. Bene cognitæ. pronubæ fœliciter notæ in nuptiis faustis copulandis.

Iam licet uenias marite. uersus hypermetrus qui excusatur propter sequentem a uocali incipientem. In thalamo. In geniali lecto a θαλλο quod est germino. Parthenice. uirgo: Nam græce ΗΠΑΡΘΕΝΟΣ ΚΑΙ ΗΠΑΡΘΕΝΙΚΗ dicitur uirgo: Hesi. ΚΙ ΔΙΑΠΑΡΘΕΝΙΚΗΣ ΑΠΑΛΧΡΟΟΣ. ΘΗ ΔΙΑΥΣΗ aut. Parthenice uelut. similitudo est apta a puellari candore demonstrando ex duarum herbarum floribus Parthenice ut plane appareat flos est cuius herba est a Plinio parthenion appellata: quam alii leucanthen idest cãdidum florem: Alii Thannacum uocant Celsus apud nos pelecium & muralium. Nascitur i hortorũ sepibus flore albo odore mali sapor amaro eritigit ΥΠΑΡΘΕΝΙΚΟΥ hæc parthenice flos parthenii herbæ. Velut parthenice alba. idest floridore nitens uelut nitet flos parthenice albus. Nam leucãthe dicitur. ΛΕΥΚΟΣ candidus & ΤΟΑΝΤΟΣ. flos. Lutheum ue papauer. aliud simile relatum ad flammei puellaris ruborem indicandum quasi uelit poeta indicare talẽ fuisse sponsam candidam sub flammeo lutheo, quales essent parthenicæ & papaueris flores cõiuncti. Papauer lutheum de tertia papaueris satiui specie intelligit. Nam scribit Plinius papaueris satiui tria genera: candidũ: cuius se

Vir petet: caue ni neges:
Ne petitum aliunde eat:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
En tibi dom⁹ & potẽs
Et beati uiri tui:
Quæ tibi sine seruiat.
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io:
Vsq; dũ tremulũ mouẽs
Cana tempus anilitas:
Omnia omnib⁹ annuit:
Io hymen hymenæe io:
Io hymen hymenæe io
Transfer omine cũ bono
Limen aureolos pedes:
Rasilemq; subi forem:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io:
Aspice un⁹ ut accubãs
Vir tu⁹ tyrio in toro
Tot⁹ immineat tibi
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
Illi nõ min⁹ ac tibi
Pectore uritur intimo
Flãma sed penite magis.
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
Mitte brachiolum teres
Pretextate puellulę
Iam cubile adeant uiri:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
Vnis sedib⁹ bonę
Cognitę bene fœminę
Collocate puellulam.
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe io
Iam licet uenias marite:

men tostum in secūda mensa cum melle apud antiquos edebatur: alterum genus papaueris nigrum: cuius sca po inciso lacteus succus exprimitur. tertium genus thian uocant græci: id nostri erraticum sponte quidem: sed maturius cum hordeo maxime nascitur crucæ simile cubitali altitudie flore ruso & protinus deciduo. papauer igitur lutheum idest papaueris flos rusus & lutheus. Bona te uenus inuenit. bonus fœlix & faustus amor con iugalis te suscipit o Manli. aut bona Venus: bonus Veneris sauor q qđ in amore optasti ubi cōcessit. Quod cupis. puellam quam expetis. Palam. in omnium fere conspectu. Bonum. pium cōiugalem. Non abscō dis. sed palam ostendis puellam auide amplexans. At marita tamen tuum cælites. sensus est o sponsa & si uir tuus suum in te immēsum amorem aper te prodit. tu tamen occultes tuum intemperatum & impatientem: ne pudore concepto te impudiciciæ suspectam uiro & aliis reddas: nam & si celes: pul chra res est: nihilominus & pulcher amor coniugalis: in omnibus fere codi cibus hic uersus deprauatus est neq; sensu neq; syllabis stātibus: nam si legiē ad maritū tñ iuuenem: secundus pes q semp in hoc uersu dactylus eē debet non inueniē. tertius uero q aut dactylus freqnter: aut ēt interdum spondæus solet esse: nusquā habebit partes suas: & multas syllabas ultra tres pedes iue nietur. Celites. occultes a celo celas frequentatiuum. At marita tamen. themesis est ut sit ordo: attamē o marita ideſt o spōsa Iulia celites. Pulchra res. pulcher est mos nimiū celitari a sponsa: alii legunt Pulchræ. sed non stat primus pes q in hoc uersu semper debet esse trocheus: ut i reliquis patet. Il le pulueris erythrei. puluerem erythreum intelligit harenam rubri maris de quo Mella scribit. Rubrū mare græci siue qa eius coloris ē siue quia ibi Ery thras regnauit Ervthrā thalassan appellāt pcellosū aspex mare pfundū: & magnorum aialium magisq; cætera capax. Pli. ātli. vi. de oriētalibus scribēs ait: Irrumpit deinde & in hac parte geminū mare in terras: qđ rubrū dixere nostri: græci Erythram a rege Erythra: aut ut alii solis repercussu talem red di colorē existimantes: alii ab arena & terra: alii a tali aquæ ipsius natura. sed in duos diuiditur sinus: is qui ab oriente est persicus appellatur: ex aduerso est arabia: rursus altero ambitur sinu arabico nōiato qui ifluit oceanū. Sub ducat. suppuratione colligat. Vestri ludere. uestri lusus: infinitum uerbum pro rei appellatiōe. ut Persius: Et nostrum uiuere triste. pro ista uita tristi: & alibi: Velle suum cuiq; est. uelle ideſt uoluntas. Et breui liberos date. cōiu gii finis est filioq; procreatio: ideo coniuges liberos q primum dent exoptat atq; hortatur. Papinius in tertia silua: Eia age pclaros latio properate nepo tes. Qui leges qui castra legant qui carmina ludant. Tam uetus nomen. tā antiquum familiæ uestræ genus. Nomen. pro cognomine dixit: Torquato rum Manliorum uetus fuisse cognomen probat historia: illiusq; qui primus Torquatus a torque hosti gallo iugulato detracta: fuit appellatus: notissima est huius rei memoria apud Liuium: Plinii: Gelliumq;. Indidem. similiē: ut itidem. Torquatus uolo parruulus: hinc Virgilius sumpsisse uidetur. Si quis mihi paruulus aula Luderet æneas qui tantū ore referret. Hiāte label lo. sic ipse torquatus labro paq; hiante os habebat: deprauata est i omnibus fere codicibus dictio pro hiante mihi ante. Et attendendum est q paruulum torquatum dixit marem non quod diuinet marem primum esse orituq;: sed abblanditur uotis patrū: qui semper exoptant: atq; omnibus uotis expetunt sibi marem gigni. ut apud Terentium in adelphis: Qui se in sui gremio po siturum puerum dicebat. Et pudiciciā suæ matris idicet ore. Nā patrum si militudo in filioq; ore certum est maternæ pudiciciæ testimoniū. Qualis unica ab optima matre Telemacho manet fama penelopeo. aptissimū exē plum ad maternā pudiciciam comprobandā ex Homeri odyssea sumptū. Nam Homerus Penelopes castitatē pudiciciamq; impense probans: Vlyſ sis uerissimā effigiem in Telemacho filio ingenitā esse scribit. Penelopeo. filio penelopes. quæ fuit filia Icarii: scribēte Ouidio Me pater Icarius uidu am discedere lecto Cogit: & immēsas increpat usq; moras: ut apud alios le gitur Icariotus. unde ipsa Icariotis dicitur a Propertio. Quæq; terunt fastus icarioti tuos: & ab Ouidio icariotida telam appellatam iuenies pro penelo pea tela. Vnica fama. ex unico Telemacho gloria: Nam Vlyſſis & pene lopes filius unicus fuit Telemachus. Claudite hostia uirgines. epithalamii peroratio. Virgines. hostiariæ. Hostia. cubiculi aut domus quia iam abe undi sit tempus. Lusimus. uersus & carmina poetæ modeste ac uerecunde appellare lusus consueuere: Virgilius: Ludere quæ uellem calamo permi sit agresti. Horatius. Lusimus tecum: quid & hunc in ānum. Martialis: Inno cuos censura potest permittere lusus. Boni. beati & bono fausto q amore

Vxor in thalamo ē tibi
Ore floridulo nitentes
Alba parthenice: uelut
Lutheum mue papauer.
Non diu remoratus es:
Iam uenis bona te uen⁹
Inuenit: quoniam palam
Qđ cupis capis: & bonū
Non abscondis amorē.
At marita tuum tamen
Celites nihilominus
Pulchra res neq; te uen⁹
Negligit: sed abiit dies:
Perge: ne remorare
Ille pulueris erythrei
Syderumq; dicantium:
Subducat numerū pri⁹.
Qui uestri numeaā uult
Multa milia ludere.
Ludite: ut lubet: & breui
Liberos date: non decet
Tam uetus sine liberis
Nomen esse sed indidem
Semper ingenerari.
Torquat⁹ uolo paruul⁹:
Matris e gremio suæ
Porrigens teneras man⁹
Dulce rideat ad patrem:
Sed hiante labello
Sit suo similis patri
Manlio: & facile insciis
Noscitetur ab omnibus:
Et pudiciciam suę
Matris indicet ore.
Talis illius a bona
Matre la⁹ gen⁹ approbet
Qualis unica ab optima
Matre telemacho manet
Fama penelopeo.
Claudite hostia uirgines:

coniuncti. Munere assiduo. assiduo matrimonii officio: q̄ honeste uenereum officium tetigit. Exercete. satisgate in frequentem usum consumite. Valentem. ualidam & uiribus præditam.

Edylion Nuptiale.

Esper adest iuuenes consurgite. Totum Catulli opus tris i partes plane distributum est: In lyrica epigrammata: In heroica carmina: & in elegica. Lyricis igitur absolutis: alteri stilo exorditur heroicum hoc: quod quantum intelligere possum in iisdem Iuliæ & Manlii Nuptiis a uirginibus & adolescentibus i aniœbei carminis modum fuit decantatum. potest autem appellari quod latine dicitur paruum poema: qualia multa Theocritus in Ptolemæi helenes multorumq; aliorum laudes conscripsit: in hoc autem edylio seu poemate breui puellæ adolescēteſq; introducti aniebei carminis more inter se de dānis atq; utilitatibus coniugii: Puellæ tempus nuptiale querelis insectantur: quoniam ex eo multa incommoda nascantur. Adolescentes autem horam cōiugii eiusq; commoda collaudant: Tandem puellæ cedunt adolescentibus: primo nuncius quidam introductus loquitur: mōetq; iuuenes: adhuc nuptialibus mensis discumbentes uespero appropiante: iam esse surgendum iam decantandum esse a poeta hymenæum. unde manifeste appareret hoc carmen āte superius Epithalamion fuisse pronunciatum. Vesper adest iuuenes cōsurgite. Nuncius loquitur. Lumina expe. magna spe a coniugibus desiderata. Tandem. ex uoto expectātium dixit tandem: quod aduerbium ad rei tarditatem semper dicitur. Lumina. fuderа: Pingues mensas. opiparas lautas sūptuose apparatas abundantes lauta epularum uarietate. Iam ueniet uirgo. quia iam adueſperascit:

Lusimus satis at boni
Coniuge bene uiuite: &
Munere assiduo ualentem
Exercete iuuentam:
Hexametrum carmen nuptiale edylion
Nū: Esp adest: iuuenes o surgite: uesper olympo
u Expectata diu uix tandem lumina tollit:
Surgere iam tempus: iā pingues
linquere mensas:
Iam ueniet uirgo iam dicetur hymenæus
Hymē o hymenæe hymē ades o hymenęe
Pu: Cernitis innuptæ: iuuenes cōsurgite cōtra
Nimirum eoos ostendit noctifer imbres
Sic certe: uiden ut perniciter exiluere:

Nam apud antiquos cauebatur ne maritus sponsæ cōiūgeretur luce: sed tenebris: quia ut Plutarchus autumat eum pudet ꝙ anteq̄ coeat alienam puratsiue ꝙ ad propriam uerecūde accedere meditat & se assuefacit: Seu quemadmodum Solon scripsit sponsam malo cydonio degustato thalamum ingredi solitam: ut primus complexus nihil triste aut iniucundum haberet. Sic Romanus legum lator: si quid absurdum aut deforme corpori aderat occultauit: Siue ꝙ accusatio quædam & calūnia erat illicitæ Veneris: ꝙ etiam iustis atq; legitimis cōnubiis uerecundia & pudor quidam adhibeatur. hæc Plutarchus. Dicetur. decantabitur. Hymen. hy. hy. ades o hy. Theocriti uersum æmulatus est: ille enim in Helenes nuptiis ait:

Gernitis innuptæ. puellæ incipiunt cōtentionem hortantes se contra iuuenes in ipsas tendentes. Consurgite. o innuptæ. Contra. aduersum iuuenes. Nimirū eoos ostendit noctifer imbres. sensus est: Certe ex uesperi prognostico nobis nunciatur futura tempestas: hoc est ex iuuenum motu nobis ostenditur eorum in nos impetus. Nimirum. certe. Eoos imbres. pluuias ab oriente surgentes: & ē metaphora ex aeris tempestuosi qualitate sumpta. Noctifer. hesperus Veneris Stella uespertinum tempus serens: & pro occiduo cælo sumitur hoc ex prognasticorum cognitione ductum. Nam ut Plinius ex Arati atq; Virgilii preceptionibus scribit si in ortu aut occasu contracti cernentur radii imbrem significant: Item si circa occidentem candidus circulus erit noctis leuem tempestatem: si nebula uehementiorem: si candente sole uentum Virgilius item de solis occasu scribit: Nam sæpe uidemus Ipsius in uultu uarios errare colores. Cæruleus pluuiam denunciat: igneus euros: Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni Omnia tū pariter uento nvm biscq; uidebis Feruere. Igitur noctifer. ideſt uesper seu hesperus: hoc est occiduum cælum ubi sit hesperus q latine noctifer interpretatur: Veneris enim stella: ut docet Cicero phosphoros græce dicitur. latine lucifer. quū antegreditur solem: quum autem subsequitur hesperos: qui a Catullo latine noctifer interpretatur: huius svderis naturam deprehendit Pythagoras samius: Legito Plinium libro secundo cap. octauo: Sed ut scribit Hygi nius quartus planeta seu quarta errantium stella Veneris est lucifer nomine: quam nonnulli Iunonis esse dixerunt: hunc eundem hesperum appellari multis traditum est historiis. hic autem omniū svderum maximus esse uidetur: Nonnulli autem hunc Auroræ & Cephali filium esse dixerunt pulchritudine multis præstantem: ex qua cum Venere dicitur certasse: ut etiam eratosthenes dicit eum hac de causa Veneris appellari ex oriente sole: & occidente uideri: quare iure hunc & luciferum & hesperum nominatum: Sunt tamen qui legant oetæ os ignes. ideſt stellas siue igneos splendores occidui solis qui ab oeta obseruabatur: ut Horatius ab ida. Sic Virgi. Tibi deserit hesperus oetan. & Statius in svluis: Totidem oetææ paphiæq; reuisunt lampades. Sic certe. subaudi est. Exiluere. ex sedibus mensarum surrexere. Parent. obtemperant nuncio: qui dixit surgite.

Visere. ire ad uisendas nos. Non temere. non sine causa. Aspicite. sensus & ordo est. o iuuenes aspicite ut innuptæ uirgines inter se meditata & cogitata uerba conserunt. Aspicite. iuuenes loquuntur. Requirūt. sre

Vel carmina itellige alterius poetæ uel potius incantamẽta: q̃bus mentes amantium permutãtur. iuxta illud Maronianum. Hæc se carminibus promittit soluere mẽtes quas uelit. Sic mihi. Deꝑcatiua particula. Virg. Sic ꝑ ille deũ faciat. sic altus apollo. Hora. Sic te diua potẽs cypri. Dolor aspa debet. A debet. A debitoribus translatum. qui qd debẽt creditoribus reddere iubentur. Ita inquit poeta. Dolor meus debet cynthiæ aspera. Quoniam cum ꝓpter eius p sidiam doleam: dolor meus est obnoxius cynthiæ. Illi debet non dulcia nec bona: Sed aspera & mala multa: quæ tamen reddere se nolle dicit. Mutato signa calore. Qui mutat calorem ideſt amorem propter recentem flammã prioris obliuiscitur: nec pristina signa ardoris ostentat. Vetus prouerbium est. ut clauus clauo eiicitur: ita nouo amore ueterem eliminari. Cuius rei meminit Cice. in tuscul. nis. Vos etitis testes. Apostropha est ad arbores quarũ i amore suo erga cynthiam testimonium citat. Fagus & arcadio pinus. Fagus arbor est glandifera: cuius glans dulcissima est autore theophrasto. & ut scribit Pli. Suẽ hylarẽ facit: carnem coctibilem ac leuem: & utilem stomacho. Pinus in tutela ẽ cybeles. ut ait Ser. Vnde Mar. poma sumus cybeles. Cãm retulit Oui. in. x. Quoniam cybeleius atys Exuit hac hominem truncoq; induruit illo. Dicata est pani deo arcadico. Vnde ait ipse pan apũ Papinium. Et nostræ stupeant tua germina pinus. & Oui. in fastis. Pars tibi qui pinu ipa nexa geris. De pane cũ in scolis triualibus quotidie multa memorentur hoc nobis dixisse sufficiat: qd tradit Herodotus in euterpe. pana. s. inter octo deos ægyptiorum numerari. Cuius simulachrum formatur caprina facie: hircinisq; cruribus. apud mendesios ꝑcipue uenerabilis qui ægyptiacæ dr mendes. scribit Euse. olim nũciatum fuisse Tiberio magnum pana mortuum esse. & cum diligenter uestigaret quis nam pan hic foret: consultos philosophos respondisse eum esse qui ex Mercurio & penelope natus fuisset. Cynthia corticibus. Nomen cynthiæ in corticibus fagi & pinus scriptitabat. quod iudicium est amoris exuberantissimi: Ita Oenone apud Oui. dicit nomen suũ a paride incisum fuisse cortice fagi. Incisa seruant a te mea nomina fagi. Superbæ. s. cynthiæ Iussa oia ꝑpetior. Arguto dolore. Clamoso & sonoro. Vir. Forte sub arguta consederat ilice daphnis. Aliquando argutum significat breue. Vir. Argutumq; caput. Argutos uocat probus eos qui celeritate loquuntur & multum. Quoniam græce argos uelox dicitur latine. Pro quo diuini fontes. Præmium iquit laborum meorum & erumnarum: quas patior ob amorẽ hoc mihi datur ut scilicet duram quietem capiam in ruptibus & aspretis. Ad argutas dicere. Sensus est ego cum in loco frequenti inter mortales queri non possim de cynthiæ fastu cogor quærelas omnes effundere in solitudine ad auiculas recinẽtes: quæ argutæ sunt & canoræ. Democritus scripsit aues quasdam esse ex quarum confuso sanguine serpens gignatur: eum si quis ederit linguas auium & colloquia interp retaturum

AD Cynthiam:

h Aec certe deserta loca: & taciturna querenti:
Et uacuũ zephyri possidet aura nemus:
Hic licet occultos ꝑferre impune dolores
Si modo sola queant saxa tenere fidem:
Vnde tuos primũ ꝑcta mea cithia fast9?
Qd mihi das flendi cynthia pricipiũ?
Qui mõ fœlices iter numerabar amantes
Nũc amore tuo cogor haberẽ notam.
Quid tãtũ meruit q̃ te mihi carmia mu-
An noua tristitiæ cã puella tuæ? (tãt?
Sic mihi te referas leuis: ut ñ altera nostro
Limine formosos itulit ulla pedes: (bet
Quãuis multa tibi dolor hic me9 aspa debet
Non ita sæua tamen uenerit ira mea:
Vt tibi sim merito sep furor: & tua flendo
Lumina deiectis turpia sint lachrymis:
An quia parua dam9 mutato signa calore
Et non ulla meo clamat in ore fides?
Vos eritis testes: sit quos hẽt arbor amor?
Fag9 & arcadio pi9 amica deo: (ũbras:
Ah quotiẽs teneras rsonãt mea uerba sub
Scribitur & uestris cynthia corticibus:
An tua quod peperit nobis iniuria curas
Qnę solũ tacitis cognita sunt foribus:
Omnia cõsueui timidus perferre superbę
Iussa neque arguto facta dolore queri:
Pro quo diuini fontes & frigida rupes
Et datur in culto tramite dura quies:
Et quodcũq; meę possũt narare querelæ
Cogor ad argutas dicere solus aues:
Sed q̃liscũq; es resonẽt tibi cynthia syluæ
Nec deserta tuo nomine saxa uacent.

Alia Elegia.

n On ego nunc tristes uereor mea cynthia manes. Ostendit se non tam metu mortis perturbari q̃ timere ne funus suum careat amore cynthiæ: & hunc timorẽ sibi ipsa morte formidabiliorem esse demo

strat mox suadet dum uita supereſt amori eſſe indulgẽdum. triſtes manes. De manibus hæc traduntur. Aium humanum corpore exutum priſci manẽ deum nũcuparunt. & honoris grã dei uocabulum additum eſt ut ſcribit apuleius: q in demonio ſocratis multa facũdiſſime tradidit de manibus. de lemuribus. Laruis & genio quæ ab Auguſtino in octauo de ciuitate dei reperita ſunt. Refert martianus capella in nuptiis philologiæ Manes tã bonos q̃ truces eſſe: qui cum ſint conſtituti ſub poteſtate Plutonis: merito pluto ſummanus dicitur quaſi ſũmus manium. Maiores noſtri manes adorabãt. Vnde ait Pli. in. vii. poſt ſepulturam aliæ atq; aliæ manium ambages: ſenſum in ſeris dando: & manes colendo: deumq; faciendo: qui iam ẽt hõ eſſe deſierit'. De manibus ita ſcribit Ci. Deorum manium iura ſancta ſunto hos leto datos diuos habento ſumptũ in illos luctũq; minuũto. Manes aũt noiati ſunt ab eo q̃d antiq manum bonũ uocabant. ut Nonius & feſtus memorant. uel q̃ melior mors ſapiẽbus q̃ uita probetur. uel q̃ boni. In quã opinionem ſẽ uideri ici diſſe Vir. q ait. Vos mihi manes eſte boni. Inferior mũdi pars diis manibus erat conſecrata. Manes ad ſuperos manare credebanẽ per oſtiũ orci. Nec moror fata. i. non retardo inhibeoq; mortem. ita Teren. Ego met cõiuias moror. Alias moror ſignificat expecto. Ho. Nil moror officium quod me grauat. Et Vir. Nec dona moror. & creberrẽ Plau. in hac eloquutione. Vt ita dicat. Nil moror iſtas magnas dotes dapſiles: pro eo q̃d eſt nihil curo & expecto id genus bonoꝝ. Moror prima producta ſignificat inſanio: q̃d oſtendit Tranquillus ſcribens ſolitũ eſſe dicere Neronem deſiiſſe claudium inter hoies morari pro eo quod ẽ inſanire. Puer hæſit ocellis. i. cupido qui cum ſit puer inſtabilis eſſe conſueuit. Puluiſ. puluerẽ accipe pro cinere ca daueris combuſti. Ita Hora. Puluis & umbra ſumus. Illic phylacides. Exẽplo proteſilai probat amorem ẽt poſt obitum pmanere. Proteſilaus ſub cuius imperio fuerunt Antron phylaca: & lariſſa penſilis ciuitates theſſaliæ primus græcoꝝ ẽ nauis in Troianũ littus egreſſus fuit intereptus a uiro dardano ut autorẽ Home. in. ii. Iliados. Cuius uxor laodomia cũ maritum in bello Troiano ceciditſe cognouiſſet optauit ut eius umbrã uideret: qua re conceſſa nõ deferens eam in illius ãplexibus expirauit ut refert Ser. Hoc nunc referẽ a Prop. phylacides dr̃ proteſilaus: qa fuit phylaci nepos & phylaca oppidũ theſſaliæ illi ſeruiebat ut docet Stra. in. ix. Vnde apud Oui. ait laodomia. Conueniũt matres phylacides & mihi clamãt. Theſſalus umbra. Legendũ eſt theſſalis umbra. non ãt theſſalus ut ſcriptũ eſt in codicibus deprauatis. Vmbrã. n. theſſalida appellat ipſius proteſilai q̃ uxoris cã reuerſa eſt ad ſuperos. patronymicũ tale eſt apud Oui. Nulla caret ſumo theſſalis ara meo. Traiicit & ſa. lit. Snialr̃ loquutus. Vult. n. oſtendere magnum amorẽ inferorum & mortis limina penetrare. & ſi ullus eſt defunctis ſenſus: ẽt defunctos amare. Heroinæ. expone ut ſupra expoſuimus uxores heroum & filiæ. heroides ãt cerrum locũ apud inferos hr̃e memorant a poetis. Vir. & auſonius in cãpis lugentibus eas collocaueruntq̃ amoris duri tabe conſũptæ ſunt. Dardana ꝑda. Troiana. de q̃ Vir. Pueri & pauidæ longo ordine matres Stãt circum. Remorent̃. Remoror & remoratio deriuãtur a remora piſciculo. ut tradit donatus: q alio noie echeneis appellatur: qui naues retinet in mari: de quo multa leges apud Pli. in. xxxii. de quo Luc. In mediis echeneis ags. Ita. n. cum Luca. profiteremur. publico gymnaſio legendum eſſe aſſeruimus: & oſtendimus auctoritate lucu lentiſſimorum ſcriptorum: & potiſſimum Ariſtotelis: & Pli. explodendam eſſe illorum ſniam: q legunti medis echĩus aquis: qui echinus ab echeneide tam diſſimilis eſt: q̃ thais ab hermione. Quam uereor cum ſuſpirio pronunciandum. Dubitat. n. de Cynthiæ conſtantia quoniam teſte calphurnio. Mobilior uentis eſt fœmina. Certa puella. Quæ firma & ſtabilis eſt in amore.

AD Cynthiam:

n On ego nũc triſtes uereor mea cynthia manes
Nec moror extremo debita fata rogo:
Sed ne forte tuo careat mihi funus amore
Hic timor eſt ipſis durior exequiis.
Nõ adeo leuiter noſtris puer hæſit ocellis
Vt meus oblito puluis amore uacet:
Illic phylacides iucundæ coniugis heros
Non potuit cęcis im memor eſſe locis
Sed cupidus falſis attigere gaudia palmis
Theſſalis ãtiquã uenerat umbra domũ.
Illic quicquid ero ſemper tua dicar imago
Traiicit & fati littora magnus amor.
Illic formoſæ ueniant chorus heroinæ
Quas dedit argiuis dardana præda uiris
Quaꝝ nulla tua fuerit mihi cithia forma
Gratior: & tellus hoc ita iuſta ſinat.
Quamuis te lõgæ remorẽtur fata ſenectę
Cara tamen lachrymis oſſa futura meis:
Quæ tu uiua mea poſſis ſentire faulla
Tum mihi nõ ullo mors ſit amara loco:
Quã uereor ne te cõtẽpto cynthia buſto
Abſtrahat an nõ puluere iniquus amor:
Cogat & iuitã lachrymas ſiccare cadentes
Flectitur aſſiduis certa puella minis.
Quare dũ licet iter uos lætemur amãtes
Non ſatis eſt ullo tempore lõgus amor.

AD Gallum.

h Oc pro continuo te galle monemus amore
Id tibi ne uacuo defluat ex aĩo.

Alia Elegia.

h Oc pro continuo te galle monemus amore. Gallus puerum formoſum i deliciis habebat: quem monet poeta ut diligentiſſime eum cuſtodiat a rapina nympharum italicarum: ne idem patiatur: quod in hyla puero paſſus eſt hercules. quẽ nymphæ bithinicæ rapuerunt. Crudelis minyis dixerat aſcanius.

In phrigia epicteto fluuius est Ascanius. est & alter ascanius in mysia contermina bithyniæ. ē & regio ascania ut autor est Strabo in. xii. Vult poeta Ascaniū lacum dixisse argonautis post raptū hylam herculeū. Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti. Crudelē appellat propterea q nymphæ ascanaides pueꝝ hylā herculi ademerunt dū p imprudentiā illum ab oculis suis longius abire permittit. Minyæ dicūtur argonautæ a natione minyaꝝ ex quibus coloni qdam deducti fuerunt ad iolchū patriam argonautaꝝ ut docet Strabo in nono. Vnde ait Ouidius. Iamq; fretū Minyæ pagasea pupe secabant & alibi. Quid mihi cū minyis quid cū tritonide pinu

Sæpe imprudēti fortuna occurrit amanti
Crudelis minyis dux erit ascanius:
Est tibi nō ifra speciem nō nomine dispar
Thiodamāteo proximus ardor hylę
Nūc tu siue legis umbrosę flumina siluæ
Siue aniēa tuos tixerit unda pedes:
Siue gigantea spaciabere littoris ora
Siue ubicūq; uagi fluminis hospitio:
Nympharū sēper cupidas defēde rapias
Non minor ausoniis ē amor i dryadis.
Ne tibi sit durū montes & frigida saxa
Galle neq; expertos semper adire lacus
Quæ miser ignotis error ppessus in oris
Herculis idomito fleuerat ascanio.
Nanq; ferunt oli pagasæ naualibꝰ argon
Egressam longe phasidos isse uiam.

De posteris minyaꝝ luculenta historia est apud herodotum in melpemōe. Quidā codices hñt. dux erit. & tūc uersus supior non pendebit ab inferiori: sed erit sensus ascanium pro duce & exēplo & testimonio esse amanti si imprudens fuerit ob esse fortunā. Nō noie dispar. Tanq; puer galli gentilis hylæ foret & eodē noie uocaret. uel hoc dicit nomen pueri galli non minus egregiū esse: q̄ fuerit nomē hylæ. Prima sylla uerior esse uidetur & uerbis poetæ accōmodatior. Thioda māteo hylæ. Hylas thiodamāteus dr̄ qm̄ fuit filius thiodamantis: ut ait probus grāmaticus. paulo post q̄ de hyla seruē enarrabimus. Aniena unda. Anio fluuius est in agro tiburtino: q e sublimi in uallē subiectam: p̄ceps fert̄ ut inquit Strabo. unde ait Hora. & p̄ceps anio & Tiburti lucus. Declinat̄ ā anio anienis: ut Nerio nerienis autore Gellio. Nerio āt si forte q̄ras qd significet est potentia & maiestas q̄dam martis. Plau. in truculento. Nerienem cōiugē martis eam dicit. sic. n. scribit. Mars pergre aduenies salutat Nerienē uxorem suā. Siue gigātea ora. Prope cumas fuit cāpus: noie phlegreus in quo res a gigantibus gestas fabulæ diuulgant. ut tradit Strabo in qnto. de hoc bello giganteo in Italia confecto ita loqtur Diodorus. In cāpo cumeo tradunt fuisse hoies admodū fortes gigantes appellatos: q cognito Herculis aduentu copiis instructis oēs ei obuiam profecti sunt: actiq; cōmissa pugna ferunt diis adiutoribus Herculē plures ex gigantibus interfecisse: eāq; regionem ob id genus hoibus repurgasse. cāpus ille dictus est phlegreus a colle: q olim plurimum ignis euomebat: quē ueteres scriptores appellant. poeta nūc orā giganteā uocat campos illos phlegreos: quorum & Pli. meminit: in qbus gigātes ab Hercule debellati fuere. Ausoniis adriacis. Nō minus ingt amāt nymphæ italicæ formosos: q̄ bithynicæ: quæ ob amorē hylam corripuerunt. Ausones populi sunt q campaniam latiūq; incoluerunt. ut Pli. & Strabo memineruntAusonū gentē a Romanis deletā bello fuisse refert Liuius i nono. ab Ausone Vlixis filio noīati sunt a quo & tota Italia dicta ē Ausonia. autor Festus. i uetusto Codice scriptum legimus. Ausoniis est amor in dryadis: quæ lectio non displicet: ne duo epitheta esse uideantur. & dryadis erit primi ordinis. Error herculis. Hercules amisso hyla errabundus uagabat̄: & de Ascanio fluuio cōquerebatur: cuius nymphæ rapuerant hylā. Nāq; ferunt olim pagasæ. Historia talis est. Argonautæ duce Iasone argo nauē conscenderunt in Colchoꝝ regionē ad uellus aureū proficiscentes. Ex qbus clarissimi fuerūt castor & pollux. Telamon orpheus. Hercules & hylas puer. Argos dicta uel ab architecto: uel a celeritate: quā græci argō appellant: Alexander Cornelius arborē eonem appellauit ex q̄ facta esset argo similē robori uiscū ferēti quæ nec aq̄ nec igni posset corrūpi. argonautæ cū pueniissent in Mysiā siue in bithyniā. sunt. n. conterminæ regiones Hylas deliciū Herculis egressus est aquatū: & cum ad fontē pueniisset adamatus ē a nymphis & raptus. qua pp Hercules teste probo seq noluit Argonautas: tanq̄ indiligentes in custodiendo hyla suo fuissent. scribit Aristoteles in tertio politicoꝝ Herculem cum una cū aliis nauē regere nollet fuisse relictū ab argonautis: tanq̄ nimiū superexcellentē inter nauigantes. narrat flaccus i tertio argonauticoꝝ ceruum immissum fuisse a Iunone: quē dū auidius hylas insectat̄: puenit ad fontē: i quo dum uult corpus plenū sudoris abluere: raptus fuit a nympha quā dryopē uocat. scribit Solinus in Bithynia lacu esse noie hylā: in quo resedisse credunt hylā delicias herculis. nymphis rapinā: in cuius memoriā usq; adhuc Solēni tripudiatione lacū populus circuit. & hylā uoce clamant. Hoc quoq; refert̄ a Seruio enarrante illud Virgilianū. Vt litus hyla: hyla oē sonaret. hanc oēm rē nunc exequit̄ Propertius. Pagasæ naualibus. Emporium ferarum in thessalia pagasæ fuerūt: quas ideo pagasas dictas esse fuerunt: ga eo in loco nauē argo cōpegerint. uel pp uicinos fontes. i. pagas: q frequentes aquaꝝ ubertate scaturiunt. iuxta pagasas sunt Aphetæ: quod significat emissa. quia hinc emissi fuerunt Argonautæ. a pagasis dr̄ Iason pagaseus a poetis. & puppis pagaseia nauis argo uocitatur a Flacco & Ouidio. Luca. in secundo pharsaliæ. Vt pagasea ratis peteret cū phasidos undā. de pagasis erudite scribit Strabo in nono Phasidos. Phasis fluuius est colchoꝝ nobilissimus: & ciuitas eiusdē noīs i regione colchia emporiū. Catullus. Phasidos ad fluctus & fines Aeeos. Athamantidos undis. Helleſpontiacas undas intellige: q̄s Athamantidos uocat pp hellen filiā Athamantis quæ in aquas lapsa mari nomen imposuit. nā ab helle helleſpontus noīatur: ut docet Higinus & apud Ouidiū in tertio Fastoꝝ fabula referē. Mysoꝝ scopulis. Mysia regio est asiatica contermina bithyniæ & phrigiæ ut fines eaꝝ regionum determinare difficile sit. autor Strabo in. xii. sunt autores ex Europa trā

ſiſſe Mvſos & phrygios & Thynos: a quibus appellatur aſiatici: Mvſi: phryges & bithyni. At comes. ſ. hylas. Comitem accipere debemus eum qui comitetur & ſequat̃ tanq̃ iferior ſuperiorẽ. labeo ita comitẽ diffinit: qui frequentandi cuiuſq̃ cã ut ſeq̃retur deſtinatus eſt. Inter comites utiq; & pedagogi erunt: ut docet iuriſconſultus digeſtis de iuriis. Aqlonia proles: Aquilo ex corythia filios ſuſcepit: zethen & calaĩ: de qbus ita ſcribit Oui. Implumes calaiſq; puer zetheſq; fuerunt. Hi cum argonautis profecti ſunt ad uellus aureũ. Oſcula ſupina. hoc ideo dicit: qa zethes & calais habebant alas & ſupra hylã uolitabant pueri oſcula affectantes. Volucres in ſidias. i. zethẽ & calaim alatos: qd̃ docet Oui. in. vi. Metamorphoſeos ſic ſcribẽs de his. Mox pariter pennæ ritu cepere uolucrũ Cingere utrũq; latus. Iã pandioniæ ceſſet. Iam inqt a rapina hylæ ceſſent zethes & calais: & de ipſis ſileamus cũ parata ſit nympha ad puerꝝ rapiẽdum. Genus orithyæ pãdioniæ uocat: qm̃ filii fuerũt ut diximus orithyæ & aqlõis. Orithya uero filia fuit erichthei regis Athenarꝝ q pandioni ſucceſſit in regno. Vnde pandionia nũcupatur a pãdione. Athenas pãdionias cognominauit Oui. illo uerſu. Quid pandioniæ reſtant niſi nomen athenæ.

Amadrias. i. nympha: ſunt. n. amadriades nymphæ q̃s cum arboribus creſcere & decreſcere referunt probus & Seruius. Driades ſunt ſyluarꝝ. oreades montiũ. Fortaſſis intelligit illã nympham quã flaccus drvopẽ noiauit. Hic erat argãtonini. Ita ſcribit Strabo in duodecimo. Pruſiadi mõs imminet: quẽ argantoninũ uocãt. hoc in loco hylam unũ ex ſociis herculis: q̃ẽ argonauta erat cũ aquatũ egrederetur a nymphis captũ finxerunt. ſub hoc itaq; mõte ait poeta fuiſſe domũ nymphaꝝ quæ hylã rapuerunt: q̃s thyniacas appellat quaſi bithynicas: qm̃ ut paulo ante retulimus thyni ex Europa tranſeuntes in Aſiã nomen indiderunt bithiniæ: q̃uis Solinus exiſtimet a bithyno rege bithyniam fuiſſe noiatam. prioriſ ſniæ autor eſt Pli. in. v. cui aſtipulatur Claudianus illo uerſu. Thyni thraces arant: q̃ nũc bithynia ſerẽ. diuiſit tñ idem Pli. thynos a bithynis qñ ſic ſcripſit. Tenent orã oẽm Thyni. Interiora bithyni. & Cato ait. Vix mi ipſe credens thynniã atq; bithynos liquiſſe cãpos. Deinde thynnias promontoriũ eſt bithyniæ: ad qd̃ delati ſunt argonautæ. Nulli debita curæ. Quæ poma ſpõte naturæ proueniunt ſine ulla cultura: illa nulli curæ debẽt nec obnoxia ſunt manibus agricolarꝝ: ſicut illa quæ naſcũtur opa & diligẽtia inſitionis & cura ruſticorꝝ. in hãc ſniam eſt illud Virgilianũ. Iuuat arua uidere. Nõ raſtris hoium nõ ulli obnoxia curæ. Prætulit officio. Officiũ aquæ hauriendæ oblitus ẽ præ ſtudio carpẽdi flores. ita Hora. Scorto poſtponet honeſtũ officium. Tardat imaginibus. More Narciſſi: qui illuſus eſt a ſuamet imagine dũ fontanas aquas ſpeculatur. Alcides iterat reſponſa. ſcribit Flaccus nymphã iniecta manu hylã detraxiſſe ciẽtẽ auxilia & magni referentẽ nomen amici. Herculẽ uero magno clamor hylã inclamaſſe. unde ait Rurſus hylã & rurſus hylã plonga reclamat Auia. reſponſant ſylua & uaga certa imago: & hoc eſt qd̃ ait Prop. Nomẽ ab extrẽis fontibus aura refert. Nã ecchо hylã iclamatũ ab Hercule ferebat: q̃ uoces reciprocas efficere ſolet p concauos ualliũ ſinus: & denſos uertices aere reſultante. legimus apud Pliniũ: & Lucretiũ loca eſſe: quæ acceptas uoces numeroſiore repcuſſu multiplicant. & olympiæ fuit porticus heptaphonos appellata qm̃ ſepties eadẽ uox reddebatur. Alia Elegia.

t V qui conſortẽ. Quidã hanc elegiam coniungũt cũ ſuperiorẽ: ſed male. Nanque hic introducit Gallum loquentẽ: q ſuerat interfectus in bello peruſino admonentem q; cõmilitones ex acie fugientes ut ſororiſuæ uelint obitũ eius nunciare: & quẽadmodum oſſa ſua pethruriã fuerint diſſipata. o cõmilito inqt gallus: q feſtinas euadere caſum conſortẽ hoc eſt cõmune piculũ: cui pariter ſumus omnes obnoxii qd flectis oculos lachrymis turgentes. Ab ethruſcis ſautius aggeribus. Signat

Et iã præteritis labẽtẽ athamãtidos ũdis
Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem:
Hic man9 heroum placidis ut oſtitit oris
Mollia compoſita littora fronde tegit:
At comes inuicti iuuenis, pceſſerat ultra
Raram ſepoſiti quęrere fontis aquam.
Hunc duo ſectati fratres aquilonia ples:
Hunc ſup & zetis: hunc ſup & calais:
Oſcula ſuſpenſis iſtabant carpe palmis
Oſcula & alterna ferre ſupina fuga:
Ille ſub extrema pẽdens ſecluditur ala
Et uolucres ramo ſubmouet inſidias:
Iam pandionię ceſſet gen9 orithyæ
Ah dolor ibat hylas ibat: amadryas hic
Hic erat argãtonini ſub uertice montis
Grata dom9 nymphis hũida thyniacis:
Quã ſupra nulli pendebãt debita curæ:
Roſida deſertis poma ſub arboribus:
Et circum irriguo ſurgebant lilia prato
Cãdida purpureis mixta papauerib9:
Quæ mõ decerpẽs tenero puerliter ũgui
Propoſito floré prætulit officio:
Et mõ formoſis incumbens neſci9 undis
Errorẽ blãdis tardat imaginib9: (mis
Tãdẽ haurire parat demiſſis flumia pal-
Innixus dextro plena trahens humero:
Cui9 ut accenſæ dryades candore puellę:
Miratæ ſolitos deſtituere choros:
Prolapſum leuiter facili texere liquore
Tum ſonitum rapto corpore fecit hylas
Cui pcul alcides iterat reſponſa: ſed illi
Nomen ab extremis fontib9 aura refert
His o galle tuos mõitis ſeruabis amores
Formoſũ nymphis credere uiſus hylã.
t V qui cõſortẽ pperas euadere caſũ
Miles ab ætruſcis ſauci9 aggerib9:
Quid nr̃o gemitu turgẽtia lumia torq̃s:

ethruriã fuerint diſſipata. o cõmilito inqt gallus: q feſtinas euadere caſum conſortẽ hoc eſt cõmune piculũ: cui pariter ſumus omnes obnoxii qd flectis oculos lachrymis turgentes. Ab ethruſcis ſautius aggeribus. Signat

bellum perusinum quo Augustus. L. Antonium perusiæ obsedit: & ad deditionem fame cōpulit. unde ait Lucanus. His Cæsar perusina fames. Perusia tunc incendio tota conflagrauit ut scribit Appianus in quito bellorꝫ ciuiliū. Augustus in plurimos aīaduertit secutos. L. Antonium. & ut quidā scribunt trecentos ex dedititiis imolauit hostiarꝫ more ad arā diuo Iulio extructam. lege Suetoniū: Appianum & Florꝫ de bello perusino scriptitantes. Gallus secutus partes. L. Antonii fuerat trucidatus a grassatoribus dum euadere conaretur. Nec intelligas hunc esse illū Gallum q̄ primus ægvptū prouinciā rexit: q̄ foro iuliensis fuit. qui propria se manu interfecit ille. n. fuit alter dictus Cornelius Gallus: cuius sit ēt mētio a Virgi. in bucolicis. de quo Strabo & Eusebius meminerūt aggeres intelligimus illos: quibus augustus perusiam circūualuit: in quibus ut ait appianus in. v. Turres ligneæ fuerunt constitutæ numero mille & quingentæ. Perusiam Liuius in nono fuisse olim scribit caput ethruriæ. quam Tvrrheni teste appiano condiderunt. Hæc soror. dictio mēdosa est unius litteræ inuersione. nam legendum est hæc soror. uult enim sorori suæ casus suos & obitum renunciari. sensus est soror mea sentiat quæ sequuntur ex te o miles: q̄ incolumis euasisti. me. s. īterfectum fuisse ab hoste ignoto: & ossa mea per montes chruscos dispsa iacere: quæ ipsi. s. grassatores dispserunt in sepulta relinquentes.

Pars ego sum uestrę maxima militiæ:
Sic te seruato ut possint gaudere parentes
Hæc soror acta tuis sentiat e lachrymis:
Gallum per medios ereptū cęsaris enses:
Effugere ignotas non potuisse manus:
Et quicūq; super dispersa inuenerit ossa
Montibus ætruscis hęc sciat esse mea.

Ad Tullum

q Valis & unde gen⁹: q̄ sint mihi tulle penates
Quæris ꝓ nostra semp amicitia.
Si perusina tibi patriæ sūt nota sepulchra
Italiæ duris funera temporibus:
Cum romana suos egit discordia ciues
Sit mihi pręcipue puluis ethrusca dolor
Tu ꝓiecta mei ꝑpessa es mēbra propiqui
Tu nullo miseri contegis ossa solo:
Proxima supposito cōtigēs umbria cāpo
Me genuit terris fertilis uberibus.

Ad Mœcenatem. Liber secundus

Væritis unde mihi totiēs scribantur amores
Vnde meus ueniat mollis in ora liber:
Non mihi calliope nō hęc mihi cantat appollo
Ingenium nobis ipsa puella facit
Siue togis illam fulgentem incedere cois
Hoc totum e coa ueste uolumen erit:
Seu uidi ad frōtē sparsos errare capillos
Gaudet laudatis ire supba comis:
Siue lyræ carmen digitis ꝑcussit eburnis
Miramur faciles ut premat arte man⁹.
Seu quū poscētes sōn⁹ declinat ocellos
Inuenio causas mille poeta nouas:
Seu unda erepto mecū luctatur amictu
Tunc uero longas condimus iliadas:
Seu q̄cquid fecit siue est quodcūq; locuta
Maxima de nihilo nascitur historia:
Qd̄ mihi si tātū mœcenas fata dedissent

Alia elegia.

q Valis & ūde genus. Quo genere natus sit & quæ patria docet hac breui elegia uel potius epigrammate. scribit ad Tullum: cui & opus dicat. Si pusina tibi patriæ. i. o tulle si nouisti sepulchra patriæ hoc ē romanorum: qui in bello perusino perierunt: & perusiæ sepulti sunt: scito meum præcipuū dolorem esse obitum galli: cuius ossa spsa sunt per ethruriam. occupauit opinio indoctorum uetus & falsa conualuit ut pleriq; omnes perusium dicant genere neutro quos refellit auctoritas scriptorum probatissimorum: & in primis liuii: Plinii: atq; Trāquilli: qui perusiam fœminino genere dicendum esse docuerunt: quorum tanta est autoritas ut pro ratione habeatur. Egit discordia ciues. Hoc dictum est propter Augustū & L. Antonium: & Fuluiam. M. Antonii uxorem inter se inimicitias exercentes: quæ fuit causa. ut bellum perusiæ īter ipsos ciues romanos: nō sine magnis discriminibus cōficeretur. lege Appianum ī primis: qui hæc omnia copiosissime perscribit. Puluis ethrusca. Attēde eloquutionem inusitatam ubi puluis fœminino genere peculiariter dictū est: sicut alibi inquit. Iacet horrida puluis. & hoc dici propter Gallum sequens uersus ostēdit: quem propinquum suum uocat. Me genuit umbria Propertius Meuaniam patriam habet ciuitatem umbriæ quam ab ethruria Tiberis disterminat. Plinius in tertio umbriam collocat in sexta Italiæ regione: quorum gens antiquissima Italiæ existimatur ut quos umbrios a græcis putent dictos q̄ inundatione terrarum hvmbribus superfuissent. trecenta umbrorum oppida tusci debellasse repiuntur. in umbria sunt Meuanates municipes Propertii: quam ciuitatem ita celebrat Silius in octauo. his urbes Arna & latis Meuania cāpis.

Liber Secundus.

Alia Elegia.

q Væritis unde mihi totiens scribantur amores. Alloquitur Mecenatem ostendens sibi a cvnthia uires ad carmina scribenda: ingeniumq; poeticum suppeditari: & ex rebus minimis argumenta se sumere ad elegias concinnandas: dicitq; se libenter fuisse scripturum carmen heroicum si tantum posset: quantum cupit. uerum non omnia uni dii dederunt. Ingenium nobis. Propter hoc ur̄ dixisse Martialis. Cynthia te uatem fecit la

sciue propertii: & in hanc sniam loquutus est Oui. Mouerat ingenium totam cantata per urbem. Nomine nō uero dicta corinna mihi: Cois. Scilicet uestibus. In primo commentario dictū est de ueste Coa: siue Cea. Cō dimus iliadas. Alluſit ad illiada homericum poema. Heroas manus. i. heroum res gestas: & bella describe re. de heroibus scripsimus affati in annotationibus in Seruium. Non ego titanas canerem. Non scriberē neq; bellum titanum: neq; gigantum. Titanas sex numero uiri: fœminæ quinq; fuerunt a Titea matre denoiati: ut scribit Diodorus in. vi. Lactantius uero in primo institutionum refert titanē cum filiis: qui titanes uocantur comprendisse Saturnum fratrem: eumq; uinxisse compedibus. Iouem compato exercitu Titanas pugnando uicisse: & parentes uinculis exemisse: & Saturno regnum restituisse. traditur a Seruio titanas ab ultione nominatos: quæ græce Tisis dicitur: terræq; filios fuisse: & cōtra Saturnum dimicasse quemadmodum gigātes aduersus Iouem dimicarunt regnum cæleste affectantes. fabula nouissima carminibus poetarum. Non ossan olympo. Idest non canerem gigantomachiam qua gigantes ter sunt conati imponere pelio ossan. s. atq; ossæ frondosum inuoluere olympum: qui sunt montes in thessalia celebratissimi monumētis Plinii: strabonis: & Solini. Non ueteres thebas. i. thebanum bellum: quod ponticus: & Statius cecinerunt. Nec pergama nomen homeri. i. bellum Troianum: qđ inclytissimus poetarum Homerus in iliade complexus est uigintiquattuor uoluminibus: cuius ex ore profuso omnis posteritas latices in carmina duxit ut inquit Manilius. pergama ut ait Seruius proprie troianæ arces sūt a quibus arces omnes pergama appellantur. Xerſis & imperio. Historiam xerſis regis persarū scribunt Plutarchus in themistocle. Herodotus in polymnia & urania. Iustinus in secundo: & probus emylius. ad quos poteris tē conferre cum gesta Xerſis nosse concupieris: nos illud tantum in præsentia referemus: quod pertinet ad poetæ enarrationem. Xerſes bella gesturus contra græcos & potissimum athenienses comparauit copias ī gentes: qui omnium exercituum maximus exercitus existimatus est. iussit pontem fabricari super hellespontum: quem tempestas adorta dissipauit. iterum alios architectos parauit: q mira solertia ex nauibus pontes duos construxerunt: quorum alter uergebat in pontum: alter in egeum: quibus omnes copias transportauit in europam. Postremus omnium ipse xerſes transisse fertur. Transiuit autem exercitus septem per dies: totidemq; noctes nullo tempore intermisso. ex quo coniectare licet copias fuisse innumerabiles. Bina ergo uada imperio xerſis coniuncta fuerunt quæ prius erant disiuncta spacio septem stadiorum. Nam tanta est latitudo hellesponti. & bina uada accipe pro utroq; littore hellespontiaco: quorum alterum asiaticum est: alterum europeū. in Asia Abydes: in europa sextos ciuitas est. de hoc ita scribit Lucanus in secundo. Tales fama canit tumidum super æquora xerſem Construxisse uias multum cum pontibus ausus Europamq; asiæ sestonq; admouit abydo Xerſes lingua græca idem pollet quod bellator. Artoxerſes quod magnus bellator. Herodotus autor. Regna ue pria remi. idest originem urbis romæ a remo fratre romuli. historia cognitissima apud Dionysium: Liuium: & Plutarchum. Remum occidit romulus. qui certabant utrum romam remoram ue uocarent ut scribit Ennius. Animos carthaginis altæ. Idest bella punica: quæ cecinit silius: quæ inter carthaginenses & Romanos tam diu gesta sunt donec ab emylio fuit carthago funditus deleta: & incendio desolata: quod tertium punicum bellum argumento unius pomi Cato in senatu Romano persuasit esse capessendum: ut Plutarchus & Pli. tradiderunt. Nequeo mihi temperare quin ipsa Plinii uerba subiiciam ita scribentis in. xv. Cato cum clamaret in omni senatu carthaginem delendam attulit quodam die in curiam precocē ex Africa ficum: ostendensq; patribus. Interrogo uos inquit quando hoc pomum demptum putatis ex arbore. cum inter omnes recens esse constaret. at qui tertium inquit ante diem scitote decerptum carthagine: tam prope a muris habemus hostem. statimq; sumptum est punicum tertium bellum: quo carthago deleta est. super omnia est: quo nihil equidem mirabilius duco: tantam illam urbem & de terrarum orbe per. c. xx. annos urbis emulam unius pomi argumento euersam. Cymbrorum ue minas & benefacta mari. Bellum cymbricum dicit: quod Marii arpinatis uirtute confectum est. cymbri populi germaniæ oceano proximi latrocinando in Asiam usq; processerunt quorum omnes fere scriptores meminerunt. Cornelius tacitus: Plinius: & Diodorus cymbros breuiter attigerunt. Plutarchus uero in mario: Strabo in septimo. & florus in tertio multa memoratu digna de cymbris tradiderunt: & hæc in primis: q; relicto natali solo nouas quærentes sedes miserunt ad romanos: qui peterent sibi aliquid terræ dari: quod esset quasi stipendium: & prout uellent manibus atq; armis suis uterentur. Repulsi quod nequiuerant præcibus: armis petere constituunt. Romani Duces & exercitus congressi cum cymbris trans alpes uicti sunt fugati & castris exuti. Actum erat de Romani imperio nisi Marius illi sæculo contigisset: qui mira statim uelocitate profectus in galliam ad aquas sextias prælio Teutones Ambronesq; quos Cymbri bipartitis copiis in gallia reliquerāt: cum ipsi in italiam contra Catullum descendissent oppressit. Marius mox regressus in italiam in patentissimo iuxta Athesim fluuium campo cymbros adeo cecidit atq; prostrauit ut supra. xii. Myriadas trucidauerit. Sex uero captiuas ceperit. est autem Myrias numerus continens decem milia. Non minus bellicosæ mulieres q̄ ipsi uiri extiterunt: quæ e carpentis plaustrisq; pugnabant: quarum aliæ uiros: aliæ fratres: aliæ filios trucidabant: quædam seipsas laqueo suspenderunt. ob hanc tam claram illustremq; uictoriam decretus est triumphus Mario: qui una cum Collega Catullo triūphauit: qui dictus est tertius cōditor urbis romæ a populo romano: tanq̄ post romulū atq; Camillum optime

Vt posse hēroas ducere ī arma manus
Nō ego titanas canerē nō ossan olympo
Impositum: ut cœli pelion esset iter:
Nō ueteres thebas nec pgama nomē hōeri
Xerſis & iperio bina coisse uada: (altæ
Regna ue pria remi: aut aios carthaginis,
Cymbrorūq; minas & benefacta mari:

omniū meritus esset de romana republica. Vnde merito poeta benefacta marii appellauit. Cimbri lingua gallica latrones nūcupantur. Tui memorarē cæsaris. Augustū intelligit sub quo floruit Mecenas: q signa barbara. unde est illud plinianū. Mecenatis rana p collationē pecuniarū in magno terrore erat. Nā quotiens mutinā Ordo est. o mecenas mea musa te sp contexerat armis Augusti quotiēs canerē aut mutinā. aut philippos & reliq. Signat ūt bella gesta a cæsare augusto: Mutinēse: philippēse: Siculū: Perusinū: ægyptiacū: & actiacū. p mutinā itelligito bellū mutinēse: quo Decimū Brutū obsessū Mutinæ ab antonio liberauit. Antoniū castris exuit in quo bello hircius i acie: Pansaq; post ex uulnere perierūt qui erant romani cōsules. Per philippos accipe bellū philippense quod gessit aduersus Brutū: & Cassiū in philippicis campis: qd duplici ꝓlio trāsegit: quoꝝ priore ipse Augustus castris exutus fuit a Bruto: cum Cassii castra capta fuissent ab Antonio. Cassius & Brutus sibi mortē consciuerunt. Cassius pindaro se iugulandū ꝓbuit. Brutus gladio i cubuit: quē strato Rhetor subiecerat. Autores plutarchus tranqllus: liuius: florus & apianus: apud quos ueniens si qd copiosius desideraueris. Nos. n. cōmentatoris officio sungimur non recitatoris. Philippos condidit philippus rex: & a noīe suo uocitauit: ciuitas ē thraciæ in ꝓrupto colle cōstructa. Luca. Vidi iā phcē be philippos. & Maro. Romanas acies iterꝝ uidēr philippi. Busta dicunē sepulchra. Itan. scribit Cicero i legibus. Bustū puto appellari tumbam: quod nephas erat uiolarī. Seruius ait bustū uocari: qñ iam exustū est cadauer. unde ait Vir. Semiustaq; seruant busta. A busto bustuarii dicunē gladiatores q ad busta depugnant. & a Martiale. Mechæ bustuariæ cognominanē. Classica bella fugæ. Bellū siculū signat: qd gestum est ab augusto in sicilia contra Sextū Pompeiū: Pōpeii magni filiū. In quo marcus agrippa egregiā operā nauauit: q pugna nauali Sextū supauit cū classis augusti pfligata fuisset. unde a Virgilio dictū est. Parte alia uētis & dīs agrippa secūdis. Sextus amissa classe. ccc. & qnquaginta nauiū cum sex nauibus fugā capessit: annulos i mare proiicit: lumen ꝓtoriæ nauis extinguit. uestē impatoriā deponit. & cū in Asiā puenisset: Mileti a tirio trucidat. Classica bella. accipe pro nauali bello a classe deriuatū nomen. Alias classicū tubā dicimus: & sonū tubæ. Virg. Classica iamq; sonant. & apud Liuiū. Concionē classico aduocari iussit. Scribit Vegetius in secundo de re militari. Classicū dicit qd buccinatores p cornu dent: qd insigne uidet imperii: qa classicū canit imperatore p sente: uel cū i militē capitaliter aia duertit. Siculæ fugæ: pp Sextum Pompeiū: q ex sicilia uictus ausugit. Euersoq; socos. perusinū bellum intelligit. de quo supradictū est. Et ptolomeeæ phari. In egypto pharos īsula situ colonia dictatoris cæsaris iuncta ponte Alexandriæ ut scribit Pli. In insula turris est magna altitudine mirifis opibus extructa: q nomen ab insula accepit ut docet Cæsar in cōmentariis. Hæc insula obiecta alexandriæ portū efficit. Hanc pharō cæsar apphendit in bello alexādrino. Luca. Pharos insula quondā In medio steterit ila mari. Scribit solinus ab hac pharo pharos uocari machinas in portubus ad ꝓlucendi ministeriū fabricatas. qm ex hac pharo alexandrina dirigebanē nocturnæ nauigationes facibus accensis. Sostratus gnidius primus ob salutē nauigantiū turrim pharon fabricauit: & pmittēte ptolomeo suū ipsius nomē inscripsit. Inde a Iuuenale dictū est. Tyrrenāq; pharon. & a papinio. Lumina noctiuagæ tollit pharus emula lunæ. Quo uersu papinius turrim pharon: quæ erat capreis significauit ut enarrauimus in siluis. Ptolomeā appellat poeta epitheto accommodato: qm ptolomei reges diu in egypto regnarūt: quoꝝ primus fuit ptolomeus Lagi filius: a quo et lagidæ noīantur. Ecclesiastici scriptores pharaones appellant ægypti reges: qd cognomē est dignitatis: ut scribit Eusebius & ut elegāter tradit Iosephus in octauo antiqtatū. pharaonis nomē secundū ægyptios significat regē. & reges cū primū pueniebant ad imperiū hoc nomen accipiebant. Nā & alexandriæ reges cum primitus aliis noibus uocarentē: uenientes ad regnū uocati sunt ptolomei. Sicut romanoꝝ imperatores cæsares appellantē. Ptolomeeæ. Quicq; syllabon ē a ptolomeo deductū nomen errore manifestario illoꝝ: q ptolomei legunt cū & rō metrica: & elegātia poetica repugnēt. Intelligit hoc in loco poeta bellū qd gessit nō iulius cæsar sed Augustus post ꝓlium actiacū. Tunc. n. trāsiuit in ægyptū & obsedit Alexandriā: quo antonius & cleopatra cōfugerant q intra breue tempus potitus est. Antonius sibi mortem consciuit: cleopatra ueneno diluto siue aspide perit. Hi storia notissima. Nilum cum tractus in urbem. augustus triumphos tris egit: Dalmaticum. Actiacum: Alexandrinum. In alexandrino simulacrum nili ductum est more romano: qui simulacra oppidorum & fluuiorum in triumpho ducebant. unde scribit florus q in ferculis triumphi cæsaris dictatoris fuit nilus & autor est plinius Cornelium balbum simulacra oppidorum deuictis garamantibus in triumphali pompa ostentasse. Refert Liuius scipionem asiaticum in triumpho duxisse simulacra oppidorum centum triginta. & Cicero ait in libris officiorum Massiliam se uidisse in triumpho duci sine qua imperatores romani non triūphauerant. de fluminibus ita tradit Ouidius. Hic est euphrates præcinctus arundine frontem. & Iulius Cæsar olim imagines Scipionis petreii: & Catonis inter pompæ triumphalis fercula repræsentauit non sine populi romani dolore ut refert apianus. Septem aquis quia nilus septem habet ostia. unde ait Virgilius. & septēgemini turbant trepida ostia nili. Similiter Catullus Nilum septēgeminum nominauit. Nomina ostiorum hæc sūt. Canopicum: bolbiticum: sebenticum: phaniticum: mendesicum: tanicum: ultimumq; peluſiacum. Actiaq; i sacra. Omnibus notum est quemadmodum augustus prælio nauali apud actium promōtorium epiri Marcū antonium:

Bellaq; resq; tui memorarē cęsaris: & tu
Cæsare sub magno cura secda fores: (pos
nā quotiēs mutinā aut ciuilia busta philip
Aut cauerē siculæ classica bella fugæ:
Euersosq; focos antiq; gentis hetruscæ:
Et ptolomeeæ littora capta fari: (bem
Aut canerē egyptū: & nilū cū tract9 i ur-
Septem captiuis debilis ibat aquis:
Aut regū auratis circūdata colla cathenis
Actiaq; in sacra currere rostra uia:

& cleopatrã uicit: fugauitq; & ut actiacæ uictoriæ memoria celebratior in posterũ esset urbẽ nicopolin apud actium cõdidit: ludosq; illic quinquẽnales cõstituit: quos actio pollini dicauit: & actia appellauit: ad qd alludens. Virg. dixit in. iii. Actiaq; illiacis celebramus litora ludis. Historiã scribunt Pluarchus in antonio: Strabo i septimo Tranquillus i augusto: Virg. in octauo luculentissimis uersibus Actiacã pugnã enarrauit. In triũpho igitur actiaco rostra nauiũ expugnatarũq; traducta fuerũt puiã sacrã q triũphantes ibãt in capitoliũ ut docet Porphyrio unde ait Ora. cæsarem q̃q; trahet feroces p sacrum Cliuũ merita decorus fronde sicãbros. Et sũpta & posita pace. laus mœcẽatis: q; pe pacis & belli fidissimi foret Augusto: q̃uis aliq̃ augustus desideauerit mœcẽatis tacitur nitatẽ: q secretũ de cõperta cõiuratione uxori terentiæ prodiderat. Theseus infernis. Amicitiã & fidẽ mecenatis erga cæsarem cõparat amicitiæ thesei erga pirithoũ: achillis erga patroclũ. Quatuor amicitiarũq; expla fuisse apd antiquos autor est lactantius: uidelicet thesei & pirithoi: achillis & patrocli: orestis & pyladis: tydei & polynicis. Theseus cũ pirithoo amicitiã iureiurãdo cõfirmauit ut refert plutarchus in theseo. Cũ eo profectus est ad iferos ad proserpinã rapiendã: ut poetæ fabulanẽ: ubi ambo capti fuerũt. unde ait Oui. Pirithoũ theseus stygias comitauit ad undas Oratius: Nec lethea ualet theseus abrũpe caro Vicula pirithoo. Quamopere ãt achilles dilexerit patroclum testis est homerus: q describit querelas: luctus & mœrores achillis in funere patrocli. unde ait achilles apud homerũ conq̃rens de illius morte. Nunq̃ pari: dũ uiuam: dolore afficiar Multi sequuti eschylũ existimarunt patroclũ amiatum fuisse ab Achille tãq̃ minorem natu a maiore: quoꝝ opinionẽ refellit Plato i sympolio oñdens achillẽ multo natu minorẽ fuisse: q̃ patroclũ: & achillẽ appellat amatũ: patroclũ uero amatorẽ. Mar. tñ illo uersu secus sentit atq; Plato peripat. Eacida ppior Iouis amicus erat. Ixionidẽ. i. pirithoũ Ixionis filiũ ut docet Diodorus: & Ouid. Duxerat hippodamen audaci Ixione natus. Meneciadẽ. i. patroclum q filius fuit menœcei: cui pollicitus est achilles se filiũ pri sospitem reductuꝝ ex expeditione troiana: Sed qd promisit pstare non potuit cũ patroclus ab hectore fuisset interẽptus Oui. Siue meneciadẽ falsũ cecidisse sub armis. Sed neq; phlegreos. Quãdmodũ callimachus: cui in elegia prias tribuunt græci non esset idoneus ad bella gigantea carmine heroico describenda: ita geniũ suum ait poeta non conuenire uersibus durioribus & bella cõcinentibus Phlegreos tumultus. Diximus supra bellũ gigantcum ab hercule gestũ fuisse in phlegreis cãpis italicis: sed de hoc non logtur nunc poeta. sed de bello: qd gesserunt dii & gigantes in phlegra macedonica: de q̃ sic scribit solinus. Admonet phlegra: ubi anteq̃ oppidũ fieret rumor ẽ in militia mundi dimicarũ cum gigantibus. Idẽ asserit aquasq; nimbis torrentes excitari & ossa detegi longe grãdiora his q̃ nunc sunt ex corporibus humanis: q̃ argumentũ pbent belli gigantei. Enceladi. nomen eit gigatis de quo Ora. enceladus iaculator audax. In phrygios auos. Quoniã gens iulia oriunda est a priscis illis troianis: quos mẽorat Oui. in fastis. Dardano electra gs nescit athlãtide natũ. Nauita de uentis. Iuxta illud puerbium. Quã qsq; norit artẽ in hac se exerceat. Versamus pllia. s. nocturna ut illud Marti. O quæ pllia quas utinq; pugnas scelix lectulus & lucerna uidit. Qua pote p potis est. Nã ut tradit Priscianus in. xv. ab eo qd ẽ potis nascitur hic & hæc potis & hoc pote. unde pstius. Qui pote uis dicã nugaris cũ tibi calue. i. quõ possibile est. hic sit cõparatiuũ potior: & superlatiuũ potissimus & aduerbiũ potissimum. Leues. Que non contentæ uno amatore plures cõcupiscunt: & leuitate q̃dã amatoria cito desistunt: cito appetũt. Ex helena. i. pp helenã cuius pfidiã uituperat utpote q̃ relicto menelao secuta sit adulterinũ alexandrũ. Pocula phedræ. phylira intelligũt & amatoria: qbus phedra priuignũ hippolitũ in amorẽ suũ pellicere conabat. sed frustra: cũ ille esset castissimus & odiosissimus mulieꝝ: ut ipse ait apud Senecã in tragœdia hippolito. Sensus ẽ si q̃ me ueneficiis pditura ẽ: cunctis me pdet. Circæo gramine. circen polipharmacã appellat Homerus: qd si uerbũ exprimere uelis ex uerbo: latine dices triueneficã: q̃ dictione usus ẽ plautus. Hæc multaꝝ herbaꝝ uires prima inuenit. Socios ulysis uertit in feras. Circeios in Italia habitauit notissima monumentis poetaꝝ. unde ait Ora. Sirenũ uoces & circes pocula nosti. Multus est homerus in admiratiõe circes. Plinii uerba hæc sunt ex uigesimo qrto. Certe qd non repleuere fabulis colchis medea aliæq; iprimisq; italica circe diis ẽt ascripta. unde arbitror natũ ut eschylus e uetustissimis in poetica referrẽ italiam herbaꝝ potẽtia pderet multiq; circelos agros: ubi habitauit illa. Colchis. ideest medea colchica quã artis magicæ & ueneficiorũ pitissimã fuisse etiã pueri sciunt. Hæc pellicem cremauit flammis coronalibus ut ait apuleius: quod declarat Plinius scribens in secũdo. Naphtam genus esse liquidi bituminis: cui magna cognatio est cũ igne: transiliente in eam protinus undecunq; usam. Misitq; medea coronam illitã hac naphta nouæ nuptæ: quæ cum sacrificatura ad aras accessisset: & flamma repẽte transiliset in

Te mea musa illis sẽp contexeret armis
Et sumpta & posita pace fidele caput:
Theseus infernis: superis testatur achilles
Hic ixionidẽ: ille menoetiadẽ: (multus
Sed neq; phlegreos iouis enceladiq; tu
Intonet angusto pectore callimachus:
Nec mea cõueniũt duro præcordia uersu
Cæsaris i phrygios cõdere nomen auos
Nauita de uẽtis: de tauris narrat arator:
Enumerat miles uulnera: pastor oues:
Nos cõtra angusto uersam⁹ prælia lecto
Qua potequisq; ea conterat arte diẽ:
Laus i amor mori: la⁹ altera si datur uno
Posse frui: fruar o solus amore meo:
Si memini solet illa leues culpare puellas
Et totã ex helena nõprobat iliada (dræ
Seu mihi sint tãgẽda nouercę pocula phę
Pocula priuigno non nocitura suo
Seu mihi circæo pẽdũ est gramine: siue
Colchis colchiacis urat aena focis:

coronā cum tota regia conflagrauit. paulo secus narrat Diodorus ī quinto & Oratius in epodo. Vrat ahena focis. scribit sophocles medeā falcibus eneis herbas malesicas secuisse: & illaꝫ succum in cados æneos refudisse & ut docet Macrobius ad rē diuinam pleraq; ænea adhiberi sunt solita: & in his maxime sacris q̄bus delinire aliquos aut deuouere: aut deniq; morbos exigere uolebant. Merito igit̄ dicit proptius ahena uasa uti ī sacris magicis ut pote accōmodatiora ferreis. Idē scribit Ouidius in. vii. loquens de neneficiis medeæ. Mēbra simul pecudis ualidosq; uenefica succos Mergit in ære cauo. Tarda philoctetæ: docet exēplis oēs morbos ēt maxios sanari posse medicamentis p̄ter amorē. Iuxta illud ouidii

Vna meos quoniā prædata ē fœmia sēsus
Exhac ducentur funera nostra domo.
Omnes humāos sanat medicina dolores
Solus amor morbi nō amat artificem:
Tarda philoctetę sanauit crura machaon
Phœnicis chiron lumina phillyrides:
Et deus extinctū cresis epidaurius herbis
Restituit patriis androgeona focis:
Missus & hemōia iuuenis q̄ cuspide uulnꝰ
Senserat hac ipsa cuspide sensit opem.
Hocsi qs uitū potuit mihi demere solus
Tantaleæ poterit tradere poma manu:
Dolia uirgineis idē ille repleuerit urnis
Ne tenera assidua colla granētur aqua:
Idē caucasea soluet de rupe promethei

Precium facit. Sensus ē. fingere q̄ alterū amatorē habeas domi: hoc tibi erit quæstuosissimū: uel hoc ait tibi erit lucrosum fingere apud amātem q̄ domi est maritus tuus: & ideo ipm admiti non posse. hoc eni amatorē magis icēdit & tūc largius dabit. Orati. Illā post paulo sed pluris si exierit uir. Dilata nocte. In hanc sniam loqtur lena apud Ouidiū. Sæpe nega nocte capitis mō finge dolorem. Puros syderis eē dies. Menda ē i uersu q ut opinor sic ē emēdādus. ut loco syderis legas isidis: & est sensus uenustissimus. p̄cipiēs eni lena amātē eē omnibus modis torquendū atq; emūgendū: monet puellam ut simulet instare sacra isidis solennia: quibus diebus puellæ a uiris secubabāt: id qđ supra docuimus: ū de dies accōmodato epitheto puros appellat: quasi castos & pudicos: & q̄bus nctas sit p̄pter isidis religionē: exercere uenerea: & hūc esse existimo uerum poetæ uersum & sensū: cui astipulat illd Ouidii. & mō q̄ cās p̄beat isis erit. Ingerat apriles iole tibi. Docet lenam artes: q̄b puella ab amatoribō munera solerter extorqueat. facito igr ut iole & amycle quæ sūt noia ācillar sæpius igerāt tibi & recolāt calendas apriles: & idus maias eē natale tuū: q̄b mūera mitti solebāt. uñ ait Maro. Munera mitte mihi meus ē natalis iola. & huius rei meminerūt sæpe Martialis & Ouidius. & miror a poeta p̄teritas esse in hoc loco martias calēdas: quæ saturnalia mulierū appellat Marti. quoniā mūera illo die puellis mittebant: cuius rei frequēs est mētio apud priscos scriptores: & a iuuenale calendæ fœmineæ appellant illo uersu: Mūera fœmineis tractas secreta calēdis. Posita cathedra. Fœmineā cathedrā intelligit de q̄bus Marti. Inter fœmineas tota q luce cathedras & Ora. Discipulasq; inter iubeo plorare cathedras. & calphurnius in bucolico ludicro. Inter fœmineas spectabat turba cathedras. inde Seneca philosophos effœminatos cathedrarios elegāter appellat. Tenes. i. habes amatorē mācipatū & tibi obnoxiū. Morsus. Liuores itelligit quos mordicus impresserit alter amator. Simillima ē nasonis illa snia. Ille uiri uideat toto uestigia lecto: Factaq; lasciuis liuida colla notis. Me deæ p̄bra. Noli inqt cōuitia & maledicta p̄brosa dicere in amatorē: q̄bus usa ē in Iasone medea: ut apud senecā tragicū scriptū ē: sed potius adhibe blandiloqua uerba: q̄bus thais a menandro descripta utebat ad seruos amatoꝝ mitigandos. uel hoc potius dicit. noli tu prior rogare amatorem: sicut fecit medea: que prima iasonis amore succensa est: ut nota est fabula: unde meruit deinde a iasone p quēdā quasi fastū repudiari: quando ille medea repulsa duxit uxorē creusam filiā creonis regis corynthioꝝ. Sequacis. Quæ secuta est iasonem. alias perseeutricis ut exposuit Seruius illud uirgilianum. Maleæq; sequacibus undis.

Et simulare uirū præciū facit: uter causis
Maior dilata nocte recurret amor.
Si tibi forte comas uexauerit utilis ira:
Post mō mercata pace premend⁹ erit:
Deniq; ubi ā plexu uenerē p̄miseris ēpto
Fac simules puros sideris esse dies.
Ingerat apriles iole tibi tundat amycle
Natalem maiis idibus esse tuum. (dra
Supplex ille sedet posita tu scribe cathe-
Quidlibet has artes si pauet ille tenes.
Sēp habe morsus circa tua colla recētes
Litibus alterius quos putet esse datos.
Nō te medeæ delectent p̄bra sequacis
Nempæ tulit fastus ausa rogare prior.
Sęd poti⁹ blādi thais preciosa menādi
Cum ferit astutos comica mecha getas
In mores te uerte uiri si cātica iactat
Comes & uoces ebria iunge tuas.
Ianitor ad dātes uigilet: si pulset inanis
Surdus i obductā somniet usq; seram:
Nec tibi displiceat miles nō fact⁹ amori
Nauta nec attrita si ferat aera manu.
Aut quoꝝ titulus p barbara colla pepē-
Celati medio cum saliere foro. (dit

Thais preciosa. De thaide supra dictū ē: quam preciosum appellat. quia grande precium exigebat ab amatoribus. quidā codices habent prædosa quasi plena prædæ amatoriæ: quod non displicet. Comica mecha. meretrix dicitur comica quæ a comicis poetis effingitur qui personas rebus competentes accommodant: qui faciunt meretrices procaces & illudentes: lenōes periuros: seruos callidos: amatores feruidos: patres tenaces: sodales opitulatores: milites gloriabundos. Astutos getas. Geta & dauus nomina sunt seruilia. nam seruos prisci a populorum nominibus uocitabant a quibus uectabantur: ut lydum & syrum. & cum athenas mancipia uenalia deportarentur ex getis dacisq; q olim daui uocati sunt: seruos appellabant getas & dauos: ut docet Strabo in. vii. & hinc poetæ comici seruos frequenter his uocitant nominibus. Obductam. Clausam. Miles non factus amori. Nullum reiicias igr qui precium attullerit: etiam si nauta erit. si milites alienus a rebus amatoriis. Aristoteles: tamē scribit i secundo politicorum militares homines ferme omnes obnoxios mulieribus: unde non irrationabiliter sa bulati sunt uenerem marti esse coniunctā: quoniā id genus hominum pronum ē ad ueneria. Attrita. s. exercitatione seruili: quales sunt manus operariorū callosæ & ferramentis attritæ: & ita docet lucrum etiam ex sordidissimis hominibus eē expetēdū: iuxta illud Iuuenalis. Lucri bonus ē odor ex re q̄libet. At quorum titulus Nec displiceant igr tibi gladiatores barbarici: q i collo titulum gestant & i foro tecti galea digladiantur: ut exponas celati pro eo qđ ē sub galea occultati: uel qđ uerius est: significāt serui stigmatici & fronte notati: qui uirgis ob maleficia in medio foro cesi saliebāt: qđ suplicii genus dicimus scopare: quo uerbo usus est Hyeronymus i iterpretatione Isaiæ dicens. Scopabo babyloné in scopa terrens dicit dominus exercituū. scri. Liuius q̄ qdā

paterfamiliæ seruũ sub furca cesum medio egit circo ante comissum spectaculũ. & ita celati dicuntur inscripti fronte & cauterio notati. In hanc sniam ẽ illud nasonis. Nec tu si quis erit capitis mercede redemptus: Despice gypsati nomen inane pedis. Versibus auditis. Hoc ꝓpter Properũ dicit lena: quersus ꝓ ꝑcio more poetarũ dabat amicæ. Dũ rugis integer. Sanguis dr integer in iuuene q in sene diminuit: ut inquit Aristo. unde ait Plautus i mercatore. Adolescẽs cũ sis: tũc cũ est sanguis integer. & dixit maro. Vos o quib⁹ integer æui Sanguis ait. tũc integri sumus & imunes a rugis: quæ corpore senescente ꝓueniũt. unde senes rugosos appellat Lucilius illo uersu. Rugosi passiq; senes eadẽ oia quærũt. Rosaria pesti. Pestũ oppidũ est lucaniæ a græcis posidonia appellatũ: rosetis inclytũ. unde rosæ pestanæ laudant. Virg. Biferiq; rosaria pesti. Martialis. Pestãls rubeãt emula labra rosis. Plinius celeberrimã dicit esse rosam ꝓnestinam atq; cãpanã. Cocta iacere. Putria flaccidaq; marcescere. iuxta illd Virgilii: & dũ nascũt cõsenuisse rosas. igit lena. Exercere formã: & fugientibus utere donis: & memor esto æuũ sic ꝓperare tuũ. His animis. Hactenus loquitur lena.

Aug; spectato nõ quæ man⁹ afferat aurũ
Versib⁹ auditis quid nisi uerba feres.
Qui uersus cœæ dderit nec mũera uestis
Ipsius tibi sit surda sine arte lyra.
Dũ uernat sãguis dũ rugis integer annus
Vtere ne quis eat liber amore dies.
Vidi ego odorati uictura rosaria pæsti
Sub matutino cocta iacere noto.
His aios nostræ dũ uersat acãthis amicæ
Pertenues ossa sunt numerata cutes:
Sed cape torq̃tæ uen⁹ o regina columbæ
Ob meritũ ãte tuos guttura secta focos
Vidi ego rugoso tussim concrescere collo
Sputaq; per dentes ire cruenta cauos.
Atq; aiam i tegetes putrẽ expirare pr̃nas
Horrui & algenti pgula curta foco:
Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Vicula: & imundo pallida mitra situ:
Et canis i nostros nimis expecta dolores
Cum fallenda meo pollice clatra forent
Sit tumul⁹ lenæ curto uet⁹ ãphora collo
Vrgeat hunc supra uis caprifice tua:
Quisq; amas scabris hoc bustũ cedito sa
Mixtaq; cũ saxis adiice uerba mala (xis

Acanthis: Nomẽ est lenæ i hoc loco: alibi nomẽ auiculæ: quæ testibus ꝓbo & Seruio dicta est latine carduelis a carduo. de qua calphurnius. Vt uicat acanthida cornix. & Maro. Resonãt & acãthida dumi. acantha græce spinã signficat: unde nõ inscite nomẽ hoc lenæ accommodatũ ẽ ut apud Ouidiũ a sit lenã dispas noiãt. Sed cape torquãtæ. Poeta cũ uideret lenã tussi confectã animã expirare in ultimis tegetibus: ueneri ob hoc beneficiũ sacrificat collũbã: quã torq̃tam appellat a torque quo columborum colla distinguũtur: & ut scribit Albertus magnus: columba auri splẽdorẽ i pẽnis colli sui intuẽs oblectãt. Martia. Inguina torq̃ti tardãt hebetantq; palũbi. Tegetes pr̃nas. Quidã codices habẽt patentes: ut ostendat egentissimã fuisse lenã quæ in tegetibus undiq; aptis & rimosis animã expirasset.

Algenti foco. Antitheton est decentissimũ. foco eni qui calidus eẽ solet oppositus algẽti: ut. s. exꝑsius lenæ mendicitatẽ demonstraret: cuius focus algebat: nec ullo igniculo calescebat. unde uerbo accõmodatissimo usus est horruit: cũ horror sit frigus: quo totũ corpus itremescit: quid si legas horrui: & ut sint duæ dictões & hoc ad poetã referatur q dicit se horruisse uisis poculis i algẽti lenæ foco. Pergula curta. ideſt mutilata & fracta. ita Mar. Nec curtus chiones antiopes ue calix. qd si legas. pertica curta. ut sit sensus ligno repositã fuisse sup lenæ foculo pticã: nec eã qdem itegrã: quæ nõ calorẽ faceret sed horrorẽ utraq; lectiõe signficat lena mendicissima & egentissima. Exequiæ. Põpam funebrẽ lenæ describit: i qua nihil fuit præter uittam & mitram situ uetustescẽtem: & caniculam ipsi poetæ infestissimam. supra dictũ est quẽadmodum imagines cæreæ comitabant funera gentilitia. nũc lena imaginũ habet ꝓscriptã põpã. Cultra forent. nullus est sensus & nulla latinitas: si cultra legamus. nos emendauimus clatra: sunt ãt clatra siue clatri. utrũq; enim dicitur ligua: quibus uãsuersis aliquid munimus sepimus ue: ut fenestras: q̃ ob id clatratæ noiant. & clatrare uerbũ ẽ: quod signficat clatris claudere: quo columela & plautus utunt. sensus poetæ ẽ. in exequiis mendicissimæ lenæ erat canicula quæ ad amicã eunẽ me semp allatrabat: cũ clatra essent clanculũ meis manibus insertis discludenda. possumus legere claustra. & erit sensus aptior: prima lectio uenustior ẽ: & uerbis iuersis accõmodatior. Sit tumulus amphora. Imꝑcatur poeta ut cineres lenæ sepelianẽ i amphora q̃ sit curto hoc est mutilato collo: & cũ amphora sit uas uinariũ: & cũ supra lenã biboſam eẽ significauerit: decenter optat ut amphora illi sit pro sepulchro. Vis caprifice tua. Caprificos solitas enasci i saxis & sepulchra discutere testes sũt Iuuenalis. Ad q̃ Discutienda ualẽt ueteris mala robora fisci. & Martialis. Marmora messalæ scidit caprificus. ficetis caprificus misceẽ quoniã ex ea culices generanẽ: qui teste Plinio apientes ora ficoꝝ imitãtur auras cereales. & inducũt succũ mitiorem. caprificationẽ uero uocamus remediũ arborum cum corticem astrictã plus iusto crebris incisuris diducimus ac laxamus: & cicatrices ita dilatatæ salurares sunt: & apud Plinĩũ titulus est de caprificatiõe nescio tamen an ita sit legendum. nam si audẽdum esset corrigerem de sacrificatione. & ubi ait caprificatio quadam i remediis legerem sacrificatio. incisuris enim diuidere corticẽ & laxare cutem arborum sagnificatio magis est q̃ caprificatio: & scarificare quidã simile significat. optat poeta ut caprificus supra tumulum lenæ nascat: & illũ sua ui suaq; pollentia ꝓmat. Quisquis amas. Hortatur amatores ad percutiendũ lenæ bustũ hoc est sepulturã & diras imprecationes faciendas.

Alia Elegia.

Acra facit uates. Facturus sacrificium poeticum optat silentiū & fraudibus fugatis pura laurea coronari. Ora fauentia. Verba sunt sacrorū p quæ taciturnitas denunciatur: qđ optime omnium docet Seneca in libro ad gallionē de uita beata: cuius uerba hæc sūt. Fauere linguis hoc uerbū non ut plerique existimāt a fauore trahitur. sed imperatur silentiū ut rite peragi possit sacrificiū: nulla uoce mala obstrepente. quotiens ergo legeris apud poetas: leges aūt saepissime: ore fauere & fauere linguis: scito silentium significari. uetus etiam uerbum est fascito linguam: quod in sacrificiis dicebatur quod significat coercito contineto taceto: in ludis uero ut inquit seruius: ore fauere significat dicere bona uerba: quia in illis necessarius est fauor. Cæra philitheis. Libet mihi gloriari: citra tamen insolentem gloriationem me hunc locum: qui hactenus in oibus codicibus mendosus fuit & mendose lectus ē emendasse: & in ueram scriptionem redegisse duarum literarum inuersione: ut p philippeis dicamus philitheis & est sensus: uersus mei elegiaci. hoc enim significat cæra romana: certent cū corona hederacea: qua coronatus ē philetas apud geæcos elegiographus poeta: & his meis sacris aquæ cvreneæ ministrent: hoc est tales q̄les bibit callimachus: & ita uelata insinuatione & poetica figuratiōe ostendit se emulū esse philetæ & calimachi: quoꝝ supra meminimus. Cvreneas. Propter callimachū dictū ē: q fuit cvreneus. cvrenē in africa ciuitatē inclytā cōdiderūt therei q therā insulā coluerūt quæ oli calisto dicebatur ut callimachus ait. Noie calisto primum sed postmodo thera Dicta fuit tellus urbis origo meæ: dicūt cvrenā a batto conditam Strabo Herodotus & Iustinus: quē callimachus ait ꝓgenitorem suū fuisse. unde battiades ab Oui. & Catullo nūcupatur. ex cyrene præter callimachū illustres fuerūt multi & iprimis Aresippus cōditor sectæ cvrenaicæ. Costū Frutex ē costū: cuius duo sunt genera: nigrū: & qđ melius cādicās odore eximio: ut scribit plinius in. xii. Ora. Achamenū q̄ costū. sacris ingt poeticis adhibeaṫ costū una cū thure quo suffire solemus tepla & aras uaporare. Laneus orbis. Lanea corona significaṫ. & antiqssimū fuit genus coronaꝝ laneaꝝ: ut ait festus: quæ lemniscate dicūtur ab historicis: quoniam lemnisci: quæ sūt fasciæ coloratæ. illis adiiciebantur: & aliquādo erāt discolores: & ut scribit pli. i xxi. Ethruscis coronis lemnisci nisi aurei iūgi nō debebāt puri hi diu fuerī. celare eos primus instituit Clodius pulcher. quibꝰ uerbis lēnisci a plinio accipi uidētur ꝓ foliis & bratheis. Spargite me lymphis. Ritus purgationum hic obseruaṫ apud antiquos ut diis superis sacrificaturus corporis ablutione purgareṫ: cum uero iferis litandū est sola utunṫ aspersione. autor Macro. i. iii. saturnalium: unde ait Virg. de sacris iferoꝝ loquens. Dic corpus ꝓpet fluuiali spargere lympha. de sacris uero superoꝝ ingt Dōec me flumie uiuo Abluero. spgite uī dictū p abluite cū supis sacrificet. Mygdoniis cadis. Cādi uasa sūt qbꝰ uina condūtur: qđ nonli ueterūq̄ autoritate notissimū ē. uinū aūt diis libari solitū nemo non nouit: & olim numa lege nefas statuit uina libari ex uite iputata. Papyrius dimicaturus uotū fecit. si uicisset hostes: iouī pocilū uini. Romulū lacte nō uino libasse tradit Pli.. mygdonios appellat a regione mygdonia: q̄ ante bebrycia dicta est mox a bithyno rege bithynia: ut scribit Solinus. qd si legas modis pro cadis: ut sit sensus. uolo igt ut tibia libet hoc ē sacrificet suis modulis mygdoniis. & ita uult adhiberi suis sacris musicā phrygiā: q̄ religiosa ē: ut ingt Apulei⁹ i floridis: & dithyrābus manifeste uī eē phrygius: ut docet Aristo. i. viii. politicoꝝ. mygdoniā autē dici phrygiā testis ē porphyrio dicēs a mygdone rege mygdoniam noiari: & idicat Ora. illo uersu: aut piguis phrygiæ mygdonias opes: q̄ aūt tibicines ad sacrificia adhibeaṫ nemo est q nesciat. & oli cū tibicines uno agmine tibur abiissent: romani tibur miserūt ad tibicines repetēdos. quoniā nemo erat. q sacrificiis precineret: historiā tradūt Iulius plutarchus. Valerius: & carmine cecinit Oui. & ego existimo hāc eē uerā propter lectionem ut modis potius legas q̄ cadis. Pura laurea. Tanq̄ scripturus stilo grandiloquo res grādes optat coronam lauream: qua epici poetæ coronantur.

De Sacrificio.

Acra facit uates sint ora fauentia sacris
Et cadat ante meos icta iuuenca focos.

Alia Elegia.

Cęra philetheis certet romana corymbis
Et cyreneas urna mistret aquas: (nores
Costū molle dare & blādi mihi thuris honores
Terq̄ focum circa laneus orbis eat.
Spgite me lymphis carmēq̄ fcētib⁹ aris
Tibia migdoniis libet eburna cadis:
Ite ꝓcul fraudes alio sint aere noxe
Pura nouū uati laurea mollit iter.

Vsa palatini. Augustus ut supra memoraui templū apollinis palatini extruxit post uictoriam actiacam: antonio cleopatraq̄ profligatis: cuius uictoriæ autor fuisse ferē apollo. id nūc a poeta celebraṫ. historia copiosæ fuit superius explicata. Est phœbi. Topographiā facit describit. n. locū ubi pugnatum est iter augustum & antonium. athamanes populi sunt etholiæ haud multum distantes ab epiro & templo actii apollinis: quod ē i ostio sinus ambratii: ut pli. & strabo meminerūt: quē locum uerberāt fluctus ionii maris: & acrocerauno epiri ꝓmōtorio finiṫ scdus europe sinus. Iuleæ cariæ. Actia Augu

De Cæsare.

Vsa palatini referamus apollinis ædem
Res ē caliope digna fauore tuo
Cęsaris in nomē ducūtur carmia: cęsar
Dum canitur quæso iuppiter ipse uacet
ē phœbi fugiēs athamana ad littora por
Qua sinꝰ ioniæ murmura odit aque
Actia iuleæ pelagꝰ monumēta carinę.

sti colonia est cū templo appollinis & cū ciuitate nicopolitana: cui a victoria nomen augustus iposuit & actia ludi q̄quēnales illic celebrant dicati appollini actio: quæ sunt monumēta victoriæ nauali augusti: quæ poeta monumenta uocat carinæ iuleæ hoc est cæsaris augusti. ad hunc portū nauiæ sine opposa & difficili nauigatiōe pueniunt. Huc cotere. Ad huc locū actii apollinis conuenerūt bellatores ex omni pene orbis parte: hinc antoniū: inde augustū sequētes. Aequa auis. i. nō paribus auspicijs nauale certamen cōserū est. Tenero dam nata q̄rino. Tenerū quirinū appellat mollē. M. antoniū & effœminatos romanos: q erāt fœminæ mancipati uel potius hoc dicit q̄ classis antonii erat damnata a quirino. i. romulo: qui aduersabat antonio cū iuppiter cām foueret augusti. nō cōuenit huic loco ut q̄rinū intelligamus augustū. Pilaq; fœminea. Dolenter pnūciādū: q̄. s. pila tela romanica & uirilia manu fœminæ cleopatræ: quæ erat peregrina & fluxa uibrarent: qd̄ pfecto erat maiestati romanæ dedecorosū. Hinc augusta. Similis est illa descriptio maroniana huiusce pugnæ naualis. Hinc augustus agens italos i plia cæsar. Hinc ope barbarica uariisq; antonius armis. Nereus lunarat. Morē expssit romanoꝝ re militari: q acie lunata & in duo cornua diuisa certamen inibant. Lucanus in. iii. loquēs de pugna nauali massiliensium ait. lunata fronte recedūt. Poetice ait ipsum nereum marinū deum acies ordinasse: qui in undis naualis pugna parabat. Stantē delon. Delos insula ēclarissima ecclasdū apollinis tēplo & græcoꝝ mercatu celebrata. hāc Aristo. ita appellatā pdidit: quoniā repēte apparuerit enata. Plinius ait dictā esse alio noīe pyrpilē. quoniā ignis ibi primū reptus sit. stātem optio epitheto appellat poeta ppter fabulā: & enī: ut pindarus autor est: delon diu fluctuatam cū iā latona parturiret: & q̄tuor colūnæ adamantinæ immobilē continuerūt: ubi enixa ē appollinē & dianā. Preterea alludit poeta ad illud qd̄ cecinit maro: cū de hac insula loqueret: Quā pius arcitenēs oras & littora circus Errantem mycōe cella gvaroq; reiūxit l mmotāq; coli dedit & cōtēnere uētos. Illud adde q̄: ut historici memoriæ pdiderūt: sola delos motū terræ nō sensit usq; ad. M. Varronis ætatē: q̄is murianus pdiderit eā bis fuisse concussam. In hac primū inuentæ cōturnices aues: q̄s græci ortygias uocant. unde delos est ortygia nūcupata. De delo ita scribit seneca in. iiii. questionū. hāc philosophi credula natio dixerūt nō moueri autore pindaro. Thucydides ait ante quidem imotā fuisse: sed circa peloponesiacū bellum tremuisse.

Nautarum uotis nō operosa uia. Cles
Huc mūdi coiere manꝰ stetit equoꝝ mol
Pinea: nec remis æqua fauebat auis.
Altera classis erat tenero dānata q̄rino:
Pilaq; fœminea turpiter acta manu.
Hic augusta ratis plēis iouis omine uelis
Signaq; iā patriæ uincere docta suæ.
Tādē acies gemios nereꝰ lunarat i arcus
Armoꝝ & radiis picta tremebat aqua:
Cū phœbꝰ liquens stātem se uidice delō
Nam tulit iratos mobilis unda notos.
Astitit augusti pupē sup: & noua flāma
Luxit i obliquam ter sinuata facem.
Nō ille attulerat crines i colla solutos
Aut testudineæ carmē inermelyræ: Ctu
Sed ōli aspexit pelopeiū agamēnōa uul
Egessitq; auidis dorica castra rogis.
Aut qualis flexos soluit pytona p orbes
Serpentē: ibelles quē timuere lyræ.
Mox ait o lōga mundi seruator ab alba
Auguste hectoreis cognite maior auis
Vice mari: iā terra tua ē tibi militat arcꝰ:
Et fauet exhumeris hoc onꝰ oē meis.

Flamma sinuata. Significat poeta fœlix augurium illuxisse augusto nauale certamen auspicanti. simile est illud apud Virgiliū. Stella facem ducens multa cū luce cucurrit. emicāt enim faces: q̄ lampades dicunt: ut ait Pli. ꝓterea ignis fœlicia fāt ostenta: sicut olim notatū est dormienti seruio tullio in pueritia ex capite flammam emicuisse. idem accidit Lutio martio in hispania post interemptos scipiones contionanti: & milites adultionem exhortanti. Ter dixit. quia ternarius numerus ē potētissimus. & pythagorici eo cūcta autumant terminari: & ut autor est martianus capella: trias princeps ē iparitū nūerus cuius auspicijs preces tertio ac libamina repetūtur.

Nō ille attulerat. Apollo auxiliabūdus augusto non attulit instra deliaz: sed arcū & sagittas & uultū talē: q̄li aspexit agamēnona: hoc est trucem & horrendum. & significat illud tēpus quo agamēnon chrysem apollinis sacerdotē cū ingentibus donis filiæ redimēdæ gratia adeuntē repudiauit: iussitq; euestigio discedere cassris. ille apollinem comprecatus est ut tela imiteret in exercitū græcoꝝ ꝓ hac iniuria ulciscenda. quem apollo exaudiuit: properēq; delapsus est ab alto cælo cum arcu & sagittis: per nouem dies totidemq; noctes emittens sagittas: primo iumenta canesq; percussit: deinde homines: adeo ut cateruatim defuncti cremarentur. autor Homerus in primo iliados. pelopeium uocat agamemnonem a progenitore pelope: a quo pelopidæ uocitantur

Egessit. Euacuauit multitudine quippe defunctorum pene castra dorica hoc est græcorum exhausta fuerunt. Soluit pytona. Nota fabula est: quē admodum pytona serpentem magnitudine corporis parnasum occupantem sagittis apollo confecit. Existimat Strabo pytonem fuisse hominem uiolētum draconem cognominatum parnasi incolam: quem apollo sagittis debellauerit. fabula referē ab Ouidio & Claudiano a pytone ludi appollini dicati pythia nuncupantur: quibus victores lauro coronabantur. Mox ait o longa Verba apollinis ad augustū: cui auxilium pollicetur arcus sui & sagittarum. Ab alba. Quoniā ab albanorum stipe regum oriundi fuit romani: & iulius ascanius: quem gens iulia autorem sui nominis nuncupat: albam ædificauit. Maior auis. laus augusti: qui maior uocatur troianis auis & progenitoribus: a quibus oriūdos esse romanos quis ignorat. Hoc onus. Dicticos est & sagittas cum pharetra intelligit. Murorum romulus au-

gur. Nisi auguste ingt patriam romanam defenderis non bono augurio a romulo condita esse iudicabitur: cui ut notissimū est: i palatino mōte augurium captanti duodecim uultures: quas palatinas aues appellat: se ostenderūt: cū remus in auentino sex tantummodo uidisset. hoc augurium romulus existimauit fortunatissimū condendæ urbi: utpote peritus augurii: qui augur optimus a cicerone fuisse fertur. ex hoc institutū fuit teste plutarcho ut in auguriis uultur potissimum uterentur. Regia uela. Cleopatræ reginæ: quæ uelo purpureo ad actium cū. M. antonio uenit eodēq; effugit. & hoc fuit autore Plinio imperatoriæ nauis insigne. Cētaurica saxa. Hoc dictū accipe propter picturam antonii nauigiorū: in qbus erat depicta pugna centaurea: & quemadmodum centauri ingentia saxa & loco saxorū pocula & arbores in lapithas iaculabantur: sicut supra declaratū est. Tigna caua. Ostendit classem antonii & cleopatræ non esse formidādam: quis in ea sint naues ingentis magnitudinis: cū non habeat egregios bellatores. scribit Plutarchus antonium habuisse naues non pauciores gngentis: in quib⁹ fiant octiremes: deciremesq; permultæ: peditū milia centum equū milia. xxii. reges qui parebant antonio fuerūt complures. & ut autor est florus: turribus & tabulatis naues antonii alleuatæ castellorum & urbium specie non sine gemitu maris ferebantur: quæ qdem ipsa moles exitio fuit. Tigna caua. Periphrasticos uocat nauigia. appellatione tigni omnis ad ædificandum idonea materia continet. ut scribūt iurisconsulti. Pictos metus. Propter naues depictas. unde a tutela picta cognominantur: ut apud Virgiliū pistris centaurus chimera & scylla sunt nomina nauigiorū. Frangit & attollit. Catholica sententia qua ostendit animos in militib⁹ excitari debilitariue prout iusta iniusta ue fuerit causa: pro qua pugnauerint. ex quo uult audentiores esse cæsarianos: utpote iustissimam causam ouentes econtrario antonianos meticulosos: q pro iniqua causa ꝓliantur. Cūmittere rates. iam temp⁹ ē ingt apollo ꝓlii cōmittendi. & significanter locutus ē. committere eni significat in certamen mittere. Tranqllus i caligula. Necessauit ex eo criminari alterū alteri atq; inter se oēs cōmittere. & Luc. Exiguū dominos cōmisita sylū. Ego tēporis autor Ait apollo se tēpus idoneū: & opportunitatē captaturq; ad naues augusti in pugnā inducendas. & merito. ipse eni est sol: & deus tempoꝝ. ex cuius cursu tempora efficiūt. & ut ingt seneca in. ii. questionū naturaliū. solē sequitur. annus ad illius flexū hyemes æstatesq; uertunt. Iulia rostra. Naues rostratas augusti. Proxima post arcus. Primus. ꝓlio erat apollo sagittas excutiens. sēm apollinē erat augustus hastā concutiens. Vir. Actius hæc cernens arcum intēdebat apollo. Fideli itaq; phœbi auxilio roma fuit uictrix: & uictor augustus. cleopatra i fugā uersa ē cū nauibus sexagita: quā turpiter secutus est antonius: tanq; i cleopatra uiueret simulq; moreret. unde ait florus. Prima dux

Solue metu patriā: q nūc te uidice freta
Imposuit proræ publica uota tuæ.
Quā nisi defēdes muroꝝ romul⁹ augur
Ire palatinas nō bene uidit aues.
Et nimiū remis audēt ꝓpe turpe latinis
Principe te fluct⁹ regia uela pati.
Nec teq; classis centenis remiget alis
Terreat inuito labitur illa mari.
Q dq; uehūt, præ cētaurica saxa minātes
Tigna caua & pictos experiere metus.
Frāgit & attollit uires i milite cā (dor
Quæ nisi iusta subest excutit arma pu-
Tēp⁹ adest: cōmitte rates: ego tpis autor
Ducam laurigera iulia rostra manu.
Dixerat: & pharetræ pōd⁹ cōsumit i arc⁹
Proxima post arcus cæsaris hasta fuit.
Vicit roma: fid phœbi dat fœmia pœnas
Sceptra p ionias fracta uehūtur aquas:
At pater idalio miratur cęsar ab astro
Sum de⁹: & nostri sanguis ista fides.
Proseq tur cātu triton. oēsq; marinę
Plauserunt circa libera signa deæ
Illa petit nilū cymba male nixa fugaci
Hoc unum iusso non moritura die.
Dii meli⁹ q tus mulier foret una triūph⁹
Ductus erat p quas āte iugurta uias:
acti⁹ hic traxit phœb⁹ monumēta q dei⁹

fugæ regina cū aurea pupe. Velocꝫ purpureo se i altū dedit. Ab astro idalio. Alludit ad historiam nam cum post obitū cæsaris dictatoris ipsis ludoꝝ funebriū diebus sidus crinitum siue cometes per septē dies apparuisset: credidit uulgus eā ee cæsaris animā iter deos recepti ut scribūt Tranqllus & pli. Hinc ē illud maronis. Ecce dionei ꝓcessit cæsaris astrū. & nū poeta id sidus idaliū appellat ut Virg. dionē appellauit epitheto lōge repeto a uenere æneæ genitrice. unde oriūda ē gens cæsarū: & romæ fuit tēplū ueneris genitricis appellatū. qd teste appiano cæsar erexit: q augusti pr̄ fuit p adoptionē: cū iure naturæ illius eēt maior auunculus. Idaliam aūt dici uenerē ab idalio oppido & nemore cypri: etiā magistri triuiales nouerūt. Prosequit triton. Neptuni tibicen triton una cū nereidibus proseqt: inquit poeta cantu buccinæ atq; clāgore augusti cæsaris uictoriā. Illa. s. cleopatra fugit in ægyptū. Virgilius. Ipsa uidebat uētis regia uocatis. Vela dare. Iusso nō moritura die. Mortua est cleopatra anteq; iuberet: admotis aspidibus: ne. s. triūpharet. cū augustus uehementer cuperet illam uiuere: quoniam gloriosum existimabat sibi fore: ut ingt plutarchus: si cleopatra in triūpho duceretur. Hoc unum ergo defluit sd uictoriā cumulatā: q cleopatra die nō iusso extincta est: nec potuit augusti exornare triumphū cui tamen ait poeta futurum mininū additamentū: etiam si fœmina triūphata fuisset. & ita eleuat cleopatram.

Quantus. Quā pusillus. Iugurta. Notissimū est iugurtā optum cathenis in triūpho ductū a mario arpinate: & romæ in carcere colluctantē cū fame intra sextū diē expirasse: ut autor est plutarchus. Actius hinc. Vt uictoriæ actiacæ celebratior memoria & in posterum esset: urbē nicopolin apud actium cōdidit augustus

ludosq; illic q̃nq̃enalis cõstituit: & templũ apollinis uetus ampliauit. Romæ quoq; templũ apollinis palatini extruxit cũ bibliotheca latina græcaq;. Quo i loco sæpe iam senior senatũ habuit. Hinc ergo aũt poeta. Actiũ phœbũ traxisse monumenta: q̃ una sagitta decẽ naues antonii debellabat: nã ut inqt Virgi. Terrore apollinis omnes terga uertebant. Exuit arma: Quia nõ amplius bella canenda fũt sed ludicra. Prælis elisa falernis Optat sibi in pocula uinũ diffũdi: quod elisũ hoc est expressum ex torculari falerno: p̃ quod falerna uina signi ficat. p̃la sunt: ut ait seruius: trabes: q̃bus uua iam calcata p̃mit̃: q̃bus utimur i torculario. docet cato in re rusti ca p̃lum longũ pedes uigintiq; esse faciendũ. Spica cvlisca. Nardino unguẽto capillos sibi inũgi deposcit. Vn guentarii spicas nardi celebrant in unguentis: & ut inqt pli nius in. xii. p̃cium spicæ in libras est. lxxxx. denariorũ. lau dat syriacũ & ciliciũ. cilicii nõ meminit plinius nisi id sub nomine syriaci contineri asseramus: quæ sunt regiones p pinquæ. Poeta unguentũ ex spica nardi confectũ appellat spicam cvlisca: sicut Ouidius appellauit i primo fastor. Et sonet acrensis spica cilissa focis. Nardinũ unguentum alio nomine uocamus soliatũ: ut docet plinius. cuius ẽ cre bra mẽtio apud poetas. Quidã existimãt spicã cilissã acci pi p̃ unguẽto crocino: q̃d i cilicia fuit laudatissimũ: sed cũ in croco folia capillamẽta q; esse legerimus nõ aũt spicas: de nardino intelligendũ ẽ censemus. & diascorides nar dum in cilicia nasci scribit radice nigra & odorata. Potis irritet. ita Martialis. Bibenti succurrũt mihi q̃ndecim poe tæ. & ut inqt Ouid. carmina uino Ingeniũ faciente canũt.

Vna decem uicit missa sagita rates:
Bella satis cecini citharã iã poscit apollo
uictor & ad placidos exuit arma choros
Cãdida nũc molli subeãt conuiuia luco:
Blanditiæq; fluant p̃ mea colla rosæ.
Vinaq; fundantur prælis elisa falernis:
Terq; lauet nostras spica cylisca comas
Ingenium potis irritet musa poetis:
Bacche soles phœbo fertilis esse tuo.
Ille paludosos memoret seruiẽ sycãbros:
Cepheã hic meroẽ: fuscaq; regna canat.
Hic referat sero cõfessũ fœdere parthũ
Reddat signa remi: mox dabit ipse sua.
Siue aliquid pharetris augusto pcet eois
Differat in pueros ista trophea suos.
Gaud crasse nigras si qd sapis iter harẽas
Ire per eufraten ad tua busta licet.
Sic noctẽ patera: sic ducã carmie: donec
Iniiciat radios in mea uina dies.

Ad Cynthiam.

Vnt aliquid manes: letũ non omnia fiuit.
Luridaq; euictos effugit umbra rogos.
Cynthia nãq; meo uisa ẽ incũbere fulcro

Bache soles. cũ bachus & phœbus sint dii poetarũ: & uino sæpe ingeniũ uegetẽ ad carmina facienda: elegãter dictũ ẽ. bacchũ fertilẽ esse phœbo solere. & quẽadmodũ scribũt historici appollo fuit i comitatu bacchi fratris una cum musis: & sacra utriq; mixta fiebant in parnaso: & li berũ appollinẽq; eũdẽ ẽ deũ multi dixerunt. merito ergo dixit tuo phœbo. Ille paludosos. Vicissim inquit bac chus & appollo memorent uictorias augusti & alternis ui cibus cãnãt deuictos ab augusto. Sycambros. ægyptios & parthos. Sycambri fũt populi germaniæ: quos Drusus auspiciis augusti domuit: quos augustus traduxit in galliã atq; i pximis rheni agris collocauit paludosos uocat: qsi i paludibus habitantes. sunt eni rheno pximi. Cepheã meroen. Nilus facit insulas in æthiopia cõplures. Clarissi ma uero omniũ meroen: quam strabo uocat caput æthio pici regni a meroe cambysis matre nomen sortitã ut scri bit Diodorus: cepheã cognominat poeta a cepheo patre andromedes rege æthiopũ. Fuit i ægypto rex nomine ce phus: cuius historici meminerũt. Augustus uicit ægyptios & domuit meridionales nationes: & indos pellexit ad ami ciam suam populiq; romani ultro perlegatos petendam quæ loca omnia nũc appellat fusca regna a colore æthiopũ idorũq; adusto. Cuius rei cãm superius explicaui mus. Reddat signa remi. Propter historiã dictũ hoc est. nã parthi signa remi: hoc ẽ romanica: quæ ademe rant crasso & antonio: reddiderũt augusto: & insup obsides obtulerũt. ait poeta in laudem augusti parthos sua met signa etiã daturos ipsi imperatori. In pueros suos. Si augustus inqt aliqd remittet orientalibus: faciet ob hoc ut trophea parthica differanẽ in drusum & tiberiũ: q̃ illos domitabũt. Ire p̃ euphraten. Tanq̃ oia pacata redderit augustus in tantũ ut liceat ire p̃ media regna parthorũ ad sepulchrum crassi: q̃d tamen ab historicis nõ memorat. & a Lucano dictũ ẽ. Crasso quarente sepulchrũ. cuius caput una cũ dextra misit Surrenas Oro di regi parthorũ in cuius conuiuio iason tragœdus caput crassi ritu bacchantis extulit: & canticũ saltauit crassi cladibus accõmodatũ. autor appianus in libro cui titulus ẽ parthicus. euphratẽ aũt fluuiũ eẽ babyloniũ dixius supra: cuius latitudo stadiũ occupat. Iniiciat radios. Pollicet̃ se totã noctẽ uino & carmibus opaturũ usq; ad matutinũ tẽpus & orientẽ solẽ. Ita Oratius. Vigiles lucernas profer in lucem.

Alia Elegia.

Vnt aliqd manes latũ nõ oia finit. Refert somnium: quo uidit umbram cynthiæ: & uerba: quæ ab illa audire uisus est commemorat. prima snia sumpta est ex illo homerico. ẽ apud ferros aia & si
s mulachrum nõ nihil ẽ: & ita aios imortales eẽ credit contra epicureor opinionem. Lurida um bra. epitheton bonum & umbris defunctorũ accommodatum. luridus eni dicit̃ supra modũ pallidus unde lurida rana: luridus orcus: & lurida uenena dicuntur ab idoneis scriptoribus. apuleius pallorem ip sum appellat lurorem. Fulcro. Fulcrum dicimus tam lecti discubitorii: q̃ cubicularis: quo fulcimur idest su

stinemur. ut inquit seruius. unde deriuari uidetur. Trãquillus in claudio ingt. More ueteri ad sulcra lætorũ se dente uescerent. Murmur. Hoc ideo dicit: qa sepulta erat: ut infra dicet: in ripa amenis. & natura fluuiorũ est ut undis fluant murmurantibus. Papinius. Sic ripis ego murmurantis hebri. Et quererer. Corrigẽdũ Est que rerer: hoc est lamentarer regnũ lecti mei obitu cynthiæ frigescere: utpote uiduatũ & desolatũ. Solitum beryllon. Indicat sibi cynthiã appuisse facie & cultu corpis eodẽ: quo elata ẽ: & habebat ingt eandem in digito gẽmam. quæ rogali flãma erat. beryllus gẽma est in india originẽ habẽs. pollitũr oẽs sexãgula figura artificum ingentis. aliter politi non habẽt eundẽ fulgorem. pbatissimi sunt q utriditatẽ puri maris imitantur. sũt & chrysoberylli: quoꝝ fulgor exit in aureũ colorẽ. Indi ex beryllis faciunt cylindros. quibus commendatio est ex longitudine. Autor plinius ĩ ultimo. unde dixit iuuenalis. Donauit arcana cylindros. ubi intelligendũ est de huiuscemodi gemmis fastigiata lõgitudine. Cylindroꝝ meminit etiam iuris consultus de auro & argẽto legato. his uerbis. cũ quedam ornamenta manillaꝝ ex cylindris triginta & margaritis detraxisset. Lætheus liquor. Iuxta illũ Silii. lætheos potat lauices obliuia mentis. Perside. uerba cynthiæ p qetẽ alioquẽtis propertiũ: & eius pfidiã criminantis: qtam cito ab obitu amicæ sõnos capẽt. Exciderãt. e memoria exierant. Martialis. Excidit mihi nomẽ. Indicat cynthia se habitasse in suburrana qua una ex urbanis tribubus nomi nata est suburrana: quis in codicibus plinianis & uarronianis mendose scriptum sit suburbana. Hic uicus frequens erat antiquis scortis. unde a Virgilio: & Martiale suburranæ meretrices cognominantur. Hinc est illud persii. Tota qꝝ ĩpune suburra. Permisit sparsisse oculos iam cãdibus umbo. Per quam demisso. Ex hoc docent cynthiaci manes quanto sit amore cynthia cõplexa ppertiũ. quæ non recusabat ut poetæ obsequeret p funem a fenestra descendere manus alternãdo more funabuli. Sæpe uenus triuio. Citra uerecundiam se cum proprio ait cynthia concubuisse propalã amoris causa id qd crates & diogenes cynici fecisse memorant. Tepidas. Dicit sua pallia siue pectora. utraqꝝ enĩ lectio pba est: tepefecisse ipsas uias ĩ quibus concũbebant. Fœderis heu taciti. Dolenter pnunciandũ est. dolet enim cynthia fœdus illud fuisse irritum quod inter se taciti de amore percusserant. Cuius fœderis uerba ait a uentis fuisse direpta. Inclamauit. Mox erat priscoꝝ moriẽtibus oculos operire: rursusqꝝ ĩ rogo patefacere. Autor plinius. conqueritur cynthia id officii genus sibi morienti fuisse denegatum a propertio: & quia cum clamore oculos claudebant moribundos: ideo dixit. Inclamauit. alii codices habent inclinauit. cuius uerbi significatio est manifestaria. Nec crepuit. Ego existimo hoc uersu significari custodem cadaueris quem ait cynthia suo funeri adhibitum nõ fuisse a poeta. custos inquit feralis non insonuit fissa arũdine hoc est fistula arundine iuxta meum cadauer: ut ita ad uigiliam esset excitatior atqꝝ uegetior.

Murmur ad extremæ nup humata uiæ:
Cũ mihi ab exeqis sõn9 pẽderet amotis:
Et quererer lecti frigida regna mei:
Hosdẽ habuit secum qb9 ẽ elata capillos
Hosdẽ oculos: lateri uestis adusta fuit:
Et solitum digito beryllõ adederat ignis
Summa lethe9 triuerat ora liquor.
Spirãtisqꝝ aios & uocem misit: at illi
Pollicib9 fragiles increpuere manus.
Perfide nec cuiq̃ melior sperãde puellæ
In te iã uires somnus habere potest.
Iã ne tibi exciderant uigilãtis furta suburæ
Et mea nocturnis trita fenestra dolis?
Per quã demisso quotiẽs tibi funepepẽdi
Alterna uenienstua colla manu?
Sæpe uen9 triuio ꝫmixta ẽ pectore mixto
Fecerunt tepidas pallia nostra uias.
Fœderis heu taciti cui9 fallacia uerba
Non audituri diripuere noti.
At mihi nõ oculos qsq̃ ĩclinauit euntis
Vnum impetrassem te reuocante diẽ.
Nec crepuit fissa me pp arundine custos
Lẽsit & obiectum tegula curta caput.
Deniqꝝ quis nro currum te funere uidit?
Atram quis lachrymis incaluisse togã?
Si piguit portas ultra pcedere: at illuc
Iussisses lectum lentius ire meum:
Cur uẽtos nõ ipse rogis ingrate petisti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?

Huius custodiæ feralis meminit Apuleius in secundo de asino aureo. Tegula curta. Conqueriẽ cynthia sibi defũctæ tegulã fractã mutilatãqꝝ sub capite fuisse suppositam: cum deberit uerus amator puluinos mollies delicatosqꝝ subiicere. Currũ. Legẽdũ curuũ. & ẽ sensus Quis uidit te in meo funere curuatũ: & capite in terram inclinato. quod signum est ex animo lugentis. dolet etiam qꝝ nullis lachrymis calefecerit togam atram. hoc est nigram. quã lugentes gestare cõsuerũt. uestes enim puelles induũt qui lugent. unde pullati dicti & ille color anthracinus nuncupatur. anthraces enim græce carbones latine appellantur. unde ait Varro. Amiculo nigello sequũtur luctum. autor est festus nulli licuisse uti prætexta pulla nisi ei qui funus faciebat. Scribit plutarchus in questionibus mulieres in luctu albis uestibus indui & corpus defuncti albo uestimẽto uelari: qui color est mortuis aptissimus. defunctus enim est quiddam simplex & purum: sicut color albus sincerus & minime inquinatus est. Cur nardo. Cur inquit quando cadauer meum cõburebatur non optasti ut uenti flarent ignẽqꝝ restinguerent. cur unguento nardino flammas rogales non respersisti: antiquitus enim cadauera unguentis ungebantur iuxta illud ennianum. tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit: & in rogum aceruatum congesta unguenta in honorem cadauerum urebantur. unde plinius de unguentis scribens inquit. Honos hic ad defunctos pertinere cœpit. & apuleius pollinctũ appellat

corpus quod erat aromatis perſperſum & unguine odoro delibutum. & papinius ſcribit meliorem ī glauciæ defuncti rogum congeſſiſſe liquores precioſos. Nulla mercede hiacynthos. In rogō defuncti qui charus fuerat munera p̄cioſa mittebātur. & dilecti equi: canes: famuli una cōburebantur. Nunc dolet cynthia: q̄ in funere ſuo: propertius nec quidē iniecerit uiles hyacynthos: nec uino rogū ex more reſperſerit. Hyacinthus flos ē. quē ut inquit plinius in uigeſimo primo: comitatur fabula duplex: luctum referens eius quē apollo dilexerat: aut ex aiacis cruore editi ita diſcurrentibus uenis: ut græcarū litterarū figura ea legat̄ inſcripta. De quo Ouidius

Hoc ēt graue erat nulla mercede hyacin-
Iniicere: & fracto buſta piar̄ cado (thos
Lygdam⁹ uratur cādeſcat lamina uernæ
Senſi ego cum iſidiis pallida uina bibi?
Aut nomas arcana colat uerſura ſaliuas
Dic & dānatas ignea teſta manus.
Quę mō p uiles iſpecta ē publica noctes
Hæc nunc aurata ciclade ſignat humū:
Et grauiora repēdit iniq̄s penſa, quaſillis
Garrula d̄ facie ſi q̄ locuta mea ē (cronas
Nūq; qd̄ pethale tulit ad monumēta co
Codicis īmundi uincula ſentit anus.

Has hyacinthe tenes: illas amarante moraris. Hyacinthus gemma eſt: in qua fulgor uiolaceus dilutus eſt. ut autor eſt plinius in ultimo. A hyacintho hyacinthinus color appellat̄ aerius. unde ī exodo ſcriptū legimus pelles hyacinthinas appellari a colore. & uelū ex hyacinthino coco byſſo purpuraq; contextū adhibebatur ad mvſtica iudeorum ſacra accōmodatū: in quo hyacinthus aeri deputabatur: ſicut cocchus etheri. byſſus terræ: purpura mari. & ita ad quattuor elementa colores in uelo quattuor referebantur. ut docent Ioſephus in. vi. de captiuitate iudeorū & Hieronymus in epiſtola ad fabiolam de ueſte ſacerdotali. Hyacinthina autem veſtis a uiola nomen cepit. cuius Martialis: Perſius & plinius meminerunt. Hic hyacithos accipe pro floribus potiꝰ q̄ pro gemmis: cum in funeribus flores paſſim cum unguentis adhiberentur. quod papinius in epicedio Glauciæ: & epicedio priſcillæ demonſtrat. Fracto cado. Vino rogos reſpergi ſolitos teſtis eſt homerus: qui ſcribit achillē in funere patrocli flammas rogales reſtinxiſſe mero nigro infuſo. & virgilius dixit in. vi. Reliquias uino & bibulam lauere fauillam. Attu ingrate cynthia: noluiſti uel rupto cado uaſe uinario buſtū meū mero reſpergere. Lygdamus uratur. Ex his uerbis ego conjecto cynthiam ueneno periſſe. & eſt cū ironia per interrogationē pronūciandum. ut ſit ſenſus. Quando ego bibi uina uenenata: ſenſi ne te dicentē ex dolore lygdamus uratur: quaſi dicat me moriente non dixiſti ut lygdamus ſeruus ureretur: hoc eſt ignito ferro i fronte notaret̄ & ſtigmaticus efficeret̄: neq; ut ſeruus lamina candente torqueretur: tanq̄ ille uenenū in poculo propinaſſet. Candeſcat lamina uernæ. Supplicii genus notat: quo antiquitus utebantur. unde ait Valerius. in theodoro. hieronymus tyrānus laminas extinxit. Quintilianus in gladiatore. Ille accēdebat ignibus laminas. & huius tormenti crebra eſt mentio apud eccleſiaſticos ſcriptores. Vernā autem ſeruū dici notum eſt: & eū potiſſimū qui domi noſtræ naſcitur. unde uernaculū deriuatur. & columela gallinas uernaculas uocat noſtrates: quas maxime probat. Nomas. Nomen ē fœminæ ſagæ & expiatricis: quæ ſaliuis utebatur ad expiatiōes: quas eleganter perſius luſtrales appellat quaſi purgatorias. Luſtralibus ante ſaliuis expiat. & ſcribit plinius ī uigeſimo octauo. faſcinationes ſaliua ieiuna repelli & in omni medicina mos erat terna deſpuere p̄catione. & lippitudines matutina ſaliua ſanant̄. Ait cynthia non dixiſti: ut nomas tolleret ſaliuas luſtrales: nec ulla exhibuiſti dolentis indicia. Dic & damnatas. Duæ ſūt dictiones dic &: diuiſimq; legendū eſt: ut ſit ſenſus. dic propertii ut teſta ignita urat manus noxii & ſontis: qui mihi cōcinauit exitium. quaſi dicat. tu nihil tale dixiſti. Poteſt & aliter iſtorum quattuor uerſiculorum ſenſus ordinari: ut cynthia petata propertio: ut ſupplicium ſumere uelit de lygdamo ſeruo: & ancilla nomine nomade: a quibus uina pallida hoc eſt uenenata ſibi data eſſe teſtatur: idq; ſe inter bibendum ſenſiſſe ſignificat. Vratur inquit lygdamus cauterio tanquā ueneficus. Facito ut nomas manifeſtet uenena illa: quæ habuit ī arcanis: quæ mihi propinarūt. Teſtæ autem ignitæ ſupplicium dicet: hoc eſt dicere coget: & indicare manus illas ſceleratas: quæ mihi uenena porrexerint. Tollat. emenda id uerbū: & lege probat: quod ſignificat reuelet & aperiat. Saliuas. expone ſecūdū hanc ſententiam pro uenenis ſiue uinis uenenatis. nam & uinum ſaliuā habet & autore plinio ſua cuiq; uino ſaliua eſt innocentiſſima. Quæ modo per uiles. Dolet cynthia q̄ poſt obitum ſuum ſtari poeta alterā adamauerit: & eam quæ eſſet proſtituta: & omnibus communis: & quæ precio locaret noctes. Hæc inquit cyclada data incedit & apud te regnat. Cyclada appellabatur ueſtem fœmineam in rotundita te formatam. Cuius ita meminit ſeruius. Togas etiam fœminas habuiſſe Cycladum & recini uſus oſtendit. De hac ait iuuenalis. Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade. Et Alexander Romanus imperator autore lāprido dicere ſolebat matronas regias contētas eſſe debere Cyclade: quæ ſex unciis: auri plus non haberet. Inde dicitur cycladatus cyclade indutus. Tranqllus. In publicum proceſſit caligula aliquando ſericatus & cycladatus. Et grauiora rependit. Si aliqua ancillarum inq̄t auſa eſt coram noua domina meam laudare formoſitatem: illa luit pœnas & maiora penſa nere compellitur: & neta calathis reponere: quos quaſillos uocat: quorū iam facta eſt mentio. Noſtra pethale. nomē eſt uetulæ. quam dicit fuiſſe uinculis codicariis coercitam: propterea q̄ coronas tulerit ad ſuum monumentum. Codicis immundi. codices dicūtur tabulæ a quo codicarias naues antiqui nuncuparunt: quæ commeatum ſubuehunt: & caudex plurium tabularum cōtextus appellatur. unde claudius. cognominatus eſt caudex is qui romanis primus perſuaſit nauē conſcendere. ut docet ſeneca ī libro de breuitate uitæ. cuius uerbis manifeſtarius efficitur domitii error ſcribentis claudium caudicem eſſe cognominatum a caudaco: quod nullus uetterum ſcriptorum prodidit: neq; Varro: apud quem caudaci

nomen quidem ponitur: sed citra mentionem claudii caudicis. caudacus autem significat suauem & mansuetum. Sed non inde cognomen cladius caudex accepit: ut domitius hallucinatur: sed a caudice: qui plurium tabularum contextum significat: ut aptumat seneca: cum quo errare malim: q̄ cum recentioribus scriptoribus uera sentire. Ceditur & lalage. Nomen fictitium. Lalage enim græce uox dicitur: & lalagen amicam appellat Oratius. Quoniam inquit lalage iurat per nomen meum tanq̄ uenerandum: ideo ceditur a noua domina & per capillos trahitur. Conflauit. In massam redegit. Dolet cynthia q̄ adeo pristini amoris: sit oblitus. ut patiatur imaginem suam auream a noua amica conflari quod fieri non sineret si uiueret scintilla ulla prioris incendii. Fatorū nulli reuocabile carmen. Quoniā pluribus in locis meminit poeta fatorum: & nos nihil pene de fato enarrauimus: uideor esse facturus operæ precium: si hoc in loco quid senserint idonei scriptores de fatis explicauero philosophi cōnexionem seriemq̄ causarum omnium qua fit omne quod fit: fati nomine appellitant. Fatum: ut inquit luculente seneca: si deum dixeris non mentieris: cum enim nihil aliud sit q̄ series implexa causarum: ille est prima omniū causa: ex qua cæteræ pendent. unde ait Augustinus non esse de uerbi controuersia elaborandum quando quidem ipse ordo causarum dei summi tribuitur uoluntati: quā ethnici philosophi fatum uocant. Fato: hoc est illa indeclinabili serie: rerū: cuius ineffugibilis est necessitas: fieri omnia zeno & chrysippus arbitrant. Plato uero platonici q̄ dixerūt fatum legem esse diuinam: unde si quid prouidentia agit: id agi etiam fato. & quod fato terminatur: id prouidentia esse susceptū. Apud iudeos pharisei imarmene hoc est fato deputant uniuersa. Saducei uero imarmenē omnisariā negant asserentes bonum uel malū in hominū electione atq̄ uoluntate esse. propositum. Trismegistus de imarmene hoc est fato & necessitate ita scripsit. Imarmene & necessitas ambæ sibi inuicem indiuiduo connexæ sūt glutino: quarū prior imarmene rerum omnium parit initia. necessitas uero cogit ad affectū. Tria esse fata dixit apuleius propter tria tempora: sub quo nomine tris parcas intelligit. Nam quod in fuso perfectū est id præteritū tempus significare: quod torquetur in digitis præsens: quod nondū e colo tractū est: id futurū sæculū uidetur ostende. Apuleio astipulat ausonius sic scribens i ægypto ternario. Tris charites. Tria fata. Triplex uox. Trina elementa. Scribit martianus parcas iouis esse libratrias archiuiq̄ cælestis custodes. Poetæ fato cūcta regi autumant. Ideoq̄ dixit manilius. Fata regūt orbem certa stant omnia lege. Interdū fatū pro morte usurpant: quæ ineluctabilis est. nunc iurat cynthia per carmen fato rū quod irreuocabile est: se fidelissimam fuisse in amore propertii. Tergeminusq̄ canis. cerberus triceps. q latratu trisauci terret manes defunctorū. Nam gemina est sedes. Apud inferos inq̄t per amnem acherontē bifariam nauigatur: & duplex est domiciliū. alterum malorū: alterum bonorum. Huic simile est illud Virgilianū. Hic locus ē ptes ubi se uia findit i ambas. a dextra elysiū: a sinistra tartarq̄ esse dicit. Cressæ. Pasiphes: q̄ intra bouē ligneā inclusa cōcubuit cū tauro: quā marōis musa i lugētibꝰ cāpis eē memorauit. Elysias rosas. cāpi elysii sūt scdm poetas in medio inferorq̄ suis fœlicitatibꝰ pleni. ubi habitāt aiæ pioq̄. Scdm theologos elysii sūt i sphera plane puris aīs deputati qđ refert Macro. Alii circa lunarē circulū: qđ sentire uidet Luca. illuc scribēs animā pueniſſe pōpei. Semidei manes habitant. quos ignea uirtus Innocuos uita patiētes ætheris imi Fecit. Historici elysiū ee dixerūt insulas fortunatas. quas nouisse se strabo testat: q̄s plutarchus in sertorio duas esse scribit. plinius & solinus sex nūero ꝓdiderūt: quarq̄ delicias & fœlicitatē luculente describit Oratius: & homerus illic elysios campos esse finxit. uel ut alii dicunt in hispania his uersibus. Elysium in campū terrarumq̄ ultima tandem Dii te transmittent. stat flauus ubi rhadamantus: Existitq̄ uiris ubi uita facillima durans. Nunc poetice loquit̄ poeta: & ait i elysio esse rosas sicut cecinit tibullus. Floret odoratis terga benigna rosis. turba cybeles. In campis elysiis ait cynthia esse turbam cybeleiā propter cymbalistas & tympanistas illic resonantes.

Ceditur & lalage tortis suspēsa capillis
Per nomē quoniā ē causa rogare meum:
Te patiente meæ cōflauit imaginis aurū
Ardente ex nostro dotē habitura rogo:
Nō tamen isector q̄uis mereare ꝓpti
Longa mea in libris regna fuere tuis:
Iuro ego fatoq̄ nulli reuolubile carmen
Tergeminusq̄ canis sic mihi molle sonet
Me seruasse fidem: si fallo uipera nostris
Sibilet i tumulis: & sup ossa cubet.
Nā gemina ē sedes turpē sortita p amnē
Turbaq̄ diuersa nauigat oīs aquā (sæ
una clytēnestre stuproq̄ uehit atraq̄ cres
Portat mentitę lignea mōstra bouis.
Ecce coronato pars altera uecta fasello
Mulcet ubi elysias aura btā rosas. (les
Qua nūero sa fides q̄q̄ errat turba cybel
Mitratisq̄ sonant lydia plectra choris:
Andrōdeq̄ & hypmestre sine fraud ma
Narrāt historiæ pectora nota suæ (critæ

Lydia plectra. Plectra teste donato ab hoc uerbo plector dicta sūt: quod significat ferior: quoniā eo corde seriunt a cytharœdo. dicit cynthia i elysio sonare plectra lydia ꝓpter musicā lydiā: quæ teste apuleio erat queru la: de qua ita scribit Aristoteles i octauo polyticoꝝ. Ad melodiā quæ appellatur lydia mista flebiliter dispōnūtur. & plato iii tertio de republica. Quæ sunt inq̄t querulæ harmoniæ dic mihi lydiæ mixtæ: lydiæq̄ acutæ: cæteræ huiusmodi. Mitratis choris. Alludit ad sacerdotes cybeleios ministrosq̄ bacchi qui mitriforus cognominat̄. & mitra a fœminis & effœminatis gestabatur. In elysio erant inq̄t chori choreæq̄ tripodiantes. Ira tibullus. Hic cantus choreæq̄ uigent. Andromedæ. In elysio erant animæ mulierū pudicarum: & quæ probitate censentur. Hæc sūma. Andromedæ inq̄t cōqueritur q̄ immerito fuerit cathenis religata ad saxū: quādo

fuit obiecta monstro propter peccatum maternum: de quo dictū est in primo cōmentario. Hypermestra rectus ē casus cuius notissima est fides erga maritū Lynceū. Cloridos herba tenet. ait umbra Cynthiæ. si nō te totū occupauit cloris noua amica: pellexitq; herbis & ueneficiis: hoc te rogo ut nutrici partheniæ uictū suppeditēs. nec illā sinas egere in senecta: quæ tibi semper ꝓsto fuit. potes legere colchidos ꝓpter medeā a qua herbæ medeides dicunt. Lathris cui nomē ab usu. latria græce significat seruitutē. latris seruū & apud ecclesiasticos scriptores fere semp latria dr̄ illa seruitus: quæ ptinet ad colendū deū. ut docet Augustinus in decimo de ciuitate dei. Inde appellat latris ācilla a seruitute & obsequio: qđ dominæ impendebat. Pelle hederā tumulo. Hedera inimica ē oibus satis: sepulchraq; ac muros rūpit: ut refert Pli. in. xvi. & ut iquit Laberius in mimmo: Hedera serpens uires arboreas necat. Ideo nūc petit cynthia Propertio: ut hederas remoueat a sepulchro: quæ ossa ipsius alligabant sestabāt q;. Ramosis anio. Sēsus est scribe mihi breue epitaphiū i colūna: quæ posita est ꝓpe anienē tiburtinum & ita indicat se fuisse sepultā in tiburtina terra. De Aniene supra dictum est. Pallet ebur. Cælū tiburtinū dicebatur rebus ꝓstare cādorem & potissimū eboris. unde ait Silius. tiburis aura pascit ebur. & martialis. Tibur in herculeum migrauit nigra licoris Oia dū fieri candida credit ibi. hoc fieri poeta ait numine Herculeo. tibur. n. Herculi dicatum est: & Herculeū cognominat: cuius rei supra memorauimus. Hic tiburtina. hoc est epitaphiū: qđ scribi in colūna deposcit cinthia. Aurea hoc ē formosa. Aniene. Vocatiuus est casus tanq; anienus secūdo ordine declinet. q frequentius est tertii ordinis. & eo declinatu dr̄ anio anienis: quo nerio nerienis: ut docet Gel. anienis ripæ laudem ait accessisse ꝓpter sepultā illic cinthiam. Sōnia portis. Poetæ sōnioq; portas duas eē dixerūt: corneā & eburneā: q;z cornea ueris. eburnea falsis sōnis est deputata. si qs forte eām q̄rere uelit. is istruet autore Macrobio: q scribit i commētariis i sōniū Scipionis. cornu istam eē naturā: ut tenuatū usui puiū sit. ebur uero ita eē densatū ait ad q̄uis extremitatē tenuitatis crassū nullo usu ad ulteriora tendēte penetret. alii uero autumāt ꝓ portā corneā oculos significari. ꝓ eburneā uero ipm os a dentibus. quæ oculis uidemus uera ꝓcul dubio eē. quæ oꝛ loq;mur falsa esse posse. Abiecti sera. Quoniā noctu liberæ umbræ uaganē: nec claustris coercentē. iterdiu uero ait ex legibus Plutonis oēs umbras fuerti ad acherōtē: & eas a charōte recēseri puidētur: ne aliq; legittimo numero desit. Mecū eris. Quando. s. eris defūctus. Inter cōplexus. dicit poeta cludēs elegiā e suo effugisse cōplexu umbrā cinthiæ: quæ incorporea est. & ut iqt maro. Par leuib9 uētis uolucriq; simillima sōno.

Hæc sūma æternis q̄ritur liuere cathenis
Brachia nec meritas frigida saxa man9.
Narrat hyp mestre magnū ausas eē soro-
In scelus hoc aium nō ualuisse suū. (res
Sic mortis lachrymis uitę sanāus amōrs
Celo ego pfidiæ crimina multa tuæ.
Sed tibi nūc mādata dāus si: forte moue
Si te nō totū cloridos herba tenet (ris:
Nutrix i tremulis ne qd desideret annis
Parthenie patuit nec tibi amara fuit.
Delitiæq; meæ lathris cui nomē ab usu ē
Ne speculū dominæ porrigat illa nouæ
Et quoscunq; meo feciſti nomine uersus
Vre mihi: laudes desine hēre meas.
Pelle hedrā tumulo mihi q̄ pugnāte cori
Mollia cōtortis alligat ossa comis (bo
Ramosis anio qua pomifer incubat aruis
Et nūq; herculeo numie pallet ebur. (na
Hoc carmē media dignū me scribe colū
sed breue qđ currēs uector ab urbe legat
Tyburtina iacet hic aurea cynthia terra.
Accessit ripæ laus aniene tuę.
Nec tu spne piis ueniētia somnia portis.
Cū pia uenerunt somnia pōd9 habent:
Nocte uage ferimur: nox clausas liberat
Errat & abiecta cerbar9 ipse sera (ūbras
Luce iubēt leges lethea ad stagna reuerti
Nos uehimur: uectū nauta recēset on9
Nunc te possideāt aliæ: mox sola tenebo
Mecum eris: & mixtis ossib9 ossa terā.
Hęc postq; querula mecū sub uoce pegit
Inter complexus excidit umbra meos.

De Cynthia & dracone.

d Iſce quid exquilias hac nocte fugarit aquosas
Cum uicina nouis turba cucurrit agris.
Lanuuiū annosi uet9 ē tutela draconis

Iſce quid exq. hac no. su. aquosas. Nouam refert ſupſtitionem draconis lanuuini q cibariis a uirgine porrectis paſcebat: & ita puellarum pudicitia explorabatur. eo ſe contuliſſe cinthiam curru uectam cum luxurioſo comitatu conquerit. diximus ſupra Propertiū in exquiliis habitaſſe. ideo nūc ait exquilinos noctu certatim cucurriſſe ad uiſendam draconis lanuuini uetuſtam religionem. Lanuinum oppidū ē in latio: ex quo municipio fuit miſo. ut iqt Aſconius. & ita apud Ciceronem in oꝛone ꝓ miſone legendū eſt. lanuuiū fuiſſe iter miloni ad flaminem ꝓdendū: q; lanuuii dictator erat. cū i multis codicibus legat lanuuium: & lauinii ꝓpter nois ſimilitudinē. lanuuiū condidit Diomedes ex illo aduectus. ut ſcribit Appiānus i ſcdo belloꝛ ciuiliū. In codice Catuliano reuerendæ uetuſtatis legi. lanuuinus acer atq; dētatus: a lanuuio. ſ. deriuatus paſſim non legit lauinus.

Tutela draconis. Scribit Ci. i primo & ſecūdo de diuinatiōe i ſolonio cāpo agri lanuuini. ubi educatus ē roſius ſuiſſe maximā āguiū uim: adeo ut ad focū nūdiari ſolerēt: unde nō abſurde uidet ficta eſſe fabula draconis lanuuini: quē ait poeta p longā uetuſtatē fuiſſe ſub tutela

lanuuii i ſpecu dehiſcente. Tā rare. Emēda tartareæ: ut ſit ſenſus. draconē recubare in eo antro per quod de ſcenſus eſt ad iferos ubi nulla ceſſat hora: qua non illac deſcedant in tartaꝝ umbræ defunctorum. & ita furtim inſinuat per illud antrū iter eſſe manibus ad tartarea domicilia. dracones iuba criſtatos eſſe tradidit: qui tanta magnitudine reperiūtur: ut elephātos in pugna enecent: & eoꝝ ſanguinē totū hauriāt. Ex una. Lege ex ima. & eſt ſenſus draconē ſibilare ex hoc eſt ꝓfunda ſpelunca. Demiſſæ pallēt. Demittebantur ex ritu ſuperſtitioſo uirgines in illud antrū ad alendū draconē: quæ pallebāt pauebātq; uehemēter porrigētes manu cibos ad os draconis. Redeunt in colla parentū. Si caſtæ puellæ porrexerint eſcā ieiuno draconi: is ex eaꝝ manu ſumit cibum: & illæ pudicæ iudicātur: icolumeſq; ad parentes reuertūtur. ſin autē fuerint ipudicæ: illas auerſat: & infeſtat.

Hic ubi tartareæ nō perit hora morę:
Qua ſacer abripitur cæco deſcēſus hiatu
Qua penetrat uirgo tale iter omne caue
Ieiuni ſerpentis honos cū pabula poſcit,
Annua: & exima ſibila torquet humo.
Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellę
Cū temere anguineo creditur ore mānꝰ
Ille ſibi admotas a uirgine corripit eſcas
Virginis i palmis ipſa caniſtra tremūt.
Si fuerit caſtæ redeunt i colla parentū
Clamātq; agricolæ fertilis annus erit.
Huc mea detōſis auecta ē cynthia mānis
Cauſa fuit iuno: ſed mage cauſa uenus.
Appia dic quæſo q̄tū te teſte triūphum
Egerit effuſis per tua ſaxa rotis.
Turpis i archana ſonuit cū rixa taberna
Si ſine me famæ nō ſine labe meæ.
Spectaculū ipſa ſedēs prio temōe pepē-
Auſa p ipuros frena mouere locos (dit
Serica nā taceo uolſi carpenta nepotis
Atq; armillatos colla molloſa canes.
Qui dabit i mundæ uenalia farta ſaginę
Vincet ubi eraſas barba pudēda genas.

Fertilis annus. Hæc eſt agricolaꝝ uociferatio: quando ſoſpes & illeſa uirgo a dracone remeauit. Huc mea detonſis. Ait poeta cynthiā per appiā uiā: per quā iter eſt lanuuiū: curru uectam acceſſiſſe ad draconē lanuuiū cuius rei nō tam fuit cauſa Iuno: cui dicata erat illa religio: q̄ Venus: & ipudicitia. Iunonem in hoc loco intellige ſoſpitā. q̄ oculis cæcutientibus fere oēs prætulerunt. inuenio apud hiſtoricos Iunonem cognomēto ſoſpitā templū habuiſſe lanuuii. cuius rei ſit luculenta mentio apud Liuium ita ſcribēlibro octauo ab urbe condita. Lanuuinis ciuitas data: ſacraq; ſua reddita cōeo: ut ædes lucuſq; ſoſpitæ Iunonis cōmunis lanuuinis municipibus cū populo romano eſſet. propter hanc ædē quā lanuuii Iuno ſoſpita habebat. ipſa apud Ouidium in ſexto faſtoꝝ lanuuium ſuum uocat illo uerſu. Et populus laurēs lanuuiūq; meū. Detonſis ab annis. i. ætate puellari: qua primitias comæ dētoſæ diis cō ſecrabant. ſed cum iſtud ephebi magis pueri: ſicut Plutarchus docet: q̄ puellæ factitarent: exiſtimo hunc uerſum ita eſſe legendum. Huc mea detonſis auecta eſt cynthia mānis: ut poetæ ſenſus hic ſit: cynthiam deuectam ē ad ceri-monias lanuuinoꝝ in carpento: quod mānis: hoc eſt equidetonſis: hoc eſt pexis & ornatis ducebant. & ita non iunoniæ religionis cauſa: ſed libidinis luxurioſo & delicato ornatu prædītam cynthiam uult itelligi deportatā eſſe lanuuium mannos autem equos eſſe puſillos & delicatos notum eſt: qui teſte porphyrione alio nomine burichi nūncupantur. de quibus ait Horatius. Terruit mannos ego quid timebo quod autem his iunctis uterentur ad currum docet Ouidius illo uerſiculo. Paruaq; q̄primum rapientibus eſſeda mannis. manni diminutiuum eſt mannulus. qua dictione utitur Plinius in epiſtolis ſic ſcribens. Habebat mannulos multos: & ſuoctos: & ſolutos. Temone pependit. Inſtar aurigantis. & ita taxat cynthiam: quæ citra puellarem uerecūdiam fungeretur aurigæ miniſterio. Svrigană tracto. Verſus obſcuriſſimus nec ipſi Propertio ſi ita legatur: facilis interpretatu. ego uero: ut in ailquem poeticum ſenſum redigeretur ita emēdaui. Serica nam taceo uolſi carpēta nepotis: & eſt ſenſus. cynthia ſequeſtrato pudore: ibat in curru nec aurigæ munia obire uerebatur. taceo autē illa carpen fuiſſe nepotis: hoc eſt luxurioſi. Volſi. i. mollis: & euirati: quibus ſerico uelamento decoratis cynthia uehebatur. & erit color rhetoricus: qui dicit occupatio. Volſus autem apud priſcos dicitur glaber: & depilis a uellendo nuncupatus. Plautus in aulularia. Tu iſtum gallum ſi ſapis glauriox reddes in q̄ uulſus ludius eſt. & Scipio in oratione probro dat gallo homini delicato: q̄ barba uulſa fœminibuſque ſubuulſis ambulet. nepotem autem prodigū & uictus delicatioris dici nemo eſt qui neſciat. Armillatos canes. Taceo canes moloſſicos habuiſſe cynthiam in comitatu armillis decoratos. canibus collaria imponūtur: quæ uocantur melium: ideæ cingulum: ut ait Varro in ſecūdo de re ruſtica. circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis: intra quæ capita inſuitur pellis mollis: ne noceat collo duricia ferri. a feſto appellatur millus. hinc poeta uocat canes armillatos: hoc eſt millum in collo geſtantes tā q̄ armillam & ornamētū: alluditq; ad millū collare. colla autem moloſſa dici propter epiroticos canes manſuetarium eſt: qui erāt laudatiſſimi: quiq; celebrantur teſtimonio Varronis Virgilii: Horatii: & Lucani. & a Plauto facetiſſime paraſiticanes moloſſici nūcupantur in captiuis. Qui dabit. Hic mihi uidetur eſſe ſenſus. nepos ille mollis & uulſus: qui regnat in amore cynthiæ: in cuius curru illegeſtatur: cum ceperit eſſe barbatus & uelticeps: efficietur fartor. & uēdet farta hoc ē farcimina Ganeonibus & helluonibus: qui ſaginæ & abdominī ueſcuntur. & ita leges farta & non facta. eſt & alter ſenſus & uerior. ut ſcilicet dicat poeta hunc nepotem mollem & delicatum: qui nūc ætatis floſculo ē in delicitis: ubi inceperit eſſe hiſpidus & barbam raſitaueriti futurum gladiatorem. illi enim: qui ludo gladiatorio ꝓparabantur a munerariis in ſaginario alebantur: ut ſaginati roboratiq; ualentioribus alimentis uehementius

digladiarentur. quod luculentissime docet diuus Cyprianus. cuius uerba hæc sunt ex libro epistolarū secūdo. Paraē gladiatorius ludus: ut libidinē crudelitū luminū sanguis oblectet. iplēt in succū cibis fortioribus corpus: & artuū toris mēbrorū moles robusta pinguescit: ut saginarus in pœnā carnis pereat. Q uintilianus quoq; in gladiatore hoc idē significat sic scribēs. Alebat deuotū corpus grauior omni fame sagina. talis itaq; gladiator dr̄ dare uenalia fara: hoc est mortē uenalē saginæ imundæ. i. gladiatoriæ: qa uēdit a lanista: & saginat a munerario: ut deide in gladiatorio spectaculo depugnet ad spectatorū uoluptatē. talem futurū ait Propertius illū ne potem qui tūc erat cynthiæ deliciū. Mutato uoluit. Ego existimo legendū esse uoluit. ut sit sensus. cū totiens iniuriā mihi sua petulātia faceret cynthia uoluit mutaē castra amatoria. & ad aliā me trāsferre puellā. & ita quæ sequūt cōtigi posse uidenē cū supioribus. quoniā narrat quēadmodū iter duas amicas concubuerit. ut ita leniret cōtumelias sibi a cynthia ppetratas. legamus tamē seperati. quoniā in oibus codicibus seperata legunē.

Cum fieret nostro totiens iniuria lecto
Mutato uoluit castra mouere toro.
De magno cynthiæ amore ergā se:
Hyllis auentinæ quædā est uicina dianæ
p Sobria grata parum cum bibit omne decet:
Altera tarpeios est inter theia lucos
Cādida: sed potæ non satis unus erit.
His ego constitui noctem lenire uocatis
Et uenere ignota furta nouare mea.
Vnus erat tribus i secreta lectul9 herba
Quæris cōcubit9? inter utrāq; fui.
Lygdam9 ad cyathos utriq; ęstiua supel
Et methymnei grata saliua meri. Clex:
Nile tu9 tybicē erat coralystria phyllis
Et facilis spargi munda sine arte rosa.
Nan9 & ipse suos breuiter cōcret9 i artus
Iactabat truncas ad caua buxa manus.
Sed neq; suppletis ostabat flāma lucernis
Decidit inq; suos mensa supina pedes.
Me quoq; p talos uenerē queręte secūdos

Hyllis auentinæ quædam ē uicina dianæ. Narrat quemadmodum phyllida & theiam meretrices uocauerit ad cœnam: & inter illas discūbens fuerit a cynthia furibunda deprehensus.

Auentinæ dianæ. Romæ templū erat dianæ in auētino mōte inclytum: quod latini populi cum romano populo fecerūt autore Seruio Tullio rege: ut scribunt Liuius i primo: & Dionysius in quarto. in uestibulo huius templi cornua bouum affigebanē: cū in cæteris dianæ templis cornua ceruorum affigerenē. causam discas ex problematis Plutarchi. Dianæ auentinæ meminit Oui. illo uersu. Auētino luna colenda iugo. Vnus erit. Hoc est unus amator ebriæ theiæ non sufficiet. Furta. Adulteria. Lygdamus ad cyathos. Q ui stat ad cyathū dr̄ cyathissare. quo uerbo utit Plautus. & ab apuleio eleganti uocabulo uocat pocillator. Olim Iulius Cæsar autore Tranquillo stetit ad cyathum & uinum regi Nicodemi. Saliua meri. Loquutus est ppriæ & significanter. nam saliuam i uino dicimus & ut ait Pli. in. xxiii. sua cuiq; uino saliua innocentissima ē sua cuiq; ætas gratissima. hoc est media. Methymneū uinū generosū est a methymna lesbi ciuitate nūcupatum de quo dictum est in primo commentario. methymneus fuit arion cytharedus. itē hellanicus: & callias: galceū sapphoq; exposuit. Nile tuus tybicen. Dicit cœnæ affuisse tybicinē ægyptiū. pterea q; negtias tellus scit dare nulla magis. Choralystria phyllis. Choralystriam uocamus fœminā in choro tripudiantē a choro & lystro: qd̄ græce significat uēdabrū. pōt simplex esse uocabulū: ut quēadmodum cymbalistas: & tympanistas uiros noiamus a cymbalo: & tympano. ita a choro fœmina choralystria per pductionē appellet. Magnus & ipse. Ego hūc locum mēdosum: ut multa alia: ita primus emēdaui. Nanus & ipse. sensus aūt hic est. aderat pomilio: q græce dicit nanus qui ad sonitū tybiæ gesticulabat. hic ē uerus sensus hæc est uera ac poetica lectio. unū uerbum iuersum totā obscurabat dehonestabatq; sniam. unū uerbū emendatū totā lucidat uenustatq; poeticā elegātiā facetūq; sensiculū. nanos aūt græci uocauerūt breui atq; humili corpore hoies paulū supra terrā extātes qui hodie quoq; uernacula ligua nani passim appellātur latini pomiliones pumilosq; noiauerūt. ostēdit Gellius nanū esse uerbū latinū. idq; pbat autoritate cinæ nō ignobilis poetæ: cuius hi sūt uersiculi. At nūc me genii nana p salicta Bigis rheda rapit citata nauis. & nanū dicit uas aēriū humile & cōcauum: quod alio noie uocāt situlū barbarū. Cōcretus in artus. Circūlocutio est ipsius nani siue pomilionis: qui in mēbra cōglobatus est. idē Papinius i syluis. Hic audax subit ordo pumilorū: quos natura breuis statim pacta nodosum semel in globū ligauit. Trūcas. breuis & q̄si mutilatas: q̄les nani habere cō sueuerūt. Ad caua buxa. Ad tybiā mulsoratule e buxo cōfectā. Sed neq; suppletis. Aut sibi facta eē ostēta quæ portēderēt aliqd aduersi. q; n. flāma in lucernis extinguebat q̄uis oleo repletis. q; mēsa decidit: q; i alea sp dānosū iactū iaciebat. Pedes. Ingēs est copia rerū sine noie: q̄s nō ppriis appellatiōibus noramus: sed alienis & cōmodatis: ut inqt Seneca in secūdo de beneficiis. ide pedē dicimus: & nostrū: & lecti: & ueli: & carmis ita nūc a poeta pedes mēsæ dicūtur. Me quoq; p talos. Iactu talorū inquit Venerē quærebā: qui est fœlicissimus iactus. sed semp canis siue canicula: q est iactus dānosus puenichat. de hac uenere ait Flora. quē Venus arbitrū dicet bibēdi. ubi expositi porphyrio uenerii iactū in talis summū numerū habere. de hoc itellige apd Plautū. ita scribētē i asinaria. iace talos pater. hoc uenerii est. de hoc memit & Cicero i primo & secūdo de diuinatiōe. cuius uerba supra rectauimus. de hoc itellexisse uidet & Plutarchus. q ita scribit in Catone uticēsi nō bene se habet iuxta Venere. Suetonius i Augusto. denarios igt uniuersos tollebat: q Venerē iecerat nō placet

exponas in hoc loco Venerem p̄cōcubitu. Subsiliere. Ita legendū est a subsilio uerbo: Damnosi canes. lactus in talis detrimētosus uocitabat canis. unde damnosi dicuntur a poetis. Ouidius. Dānosi facito stent tibi sæpe canes. & alibi. Dānosos effugia sq; canes. a Persio dr̄ dānosa canicula. sed quēadmodū ueneres & canes in talis expresserit Aristoteles animaduertito. cuius hæc sūt uerba ex libro secūdo de animalibus. Omnia quibus datus est talus cruribus cum posterioribus cōtineat ita: ut erectus ide suffragine parte sui prona foras supina itrorsum spectet: quæ ueneres uocantur. intus aduersæ sibi positæ sint. quæ canes foris: quæ antennæ supra habeantur: situs talorū omniū talis est. Lanuii ad portas. Hic uersus idicat hāc elegiā non esse a superiore disiūctam: qua docuit cynthiā ad sacra lanuuinii draconis spectanda processisse. ait poeta se q̄uis esset iter duas meretrices: tamen solum fuisse desiderio absentis cynthiæ instar amantū: qui soli esse uidētur sine amica. & cum esset cynthia lanuuii. illic erat animus poetæ. iuxta illud plautinum si domi sum foris est animus. Rauci sonuerunt. Introitum cynthiæ furibundū signat. raucos postes uocat a sonitu rauco: quem faciunt fores dum aperiuntur. unde dicit anus plautina in curgulione. Placide egredere & sonitum prohibe foriū & crepitum cardinū. Resupinat ualuas. Furentis fœminæ & cū impetu ingredientis formā significat. resupinat prouerit dictū est. ita Iuuenalis. Aulam resupinat amici. ualuæ sunt: ut dicit Varro: quæ reuoluūtur & se uelāt. remissos ex amatorio tremore resolutos intelligit. Fulminat illa oculis. oculos cynthiæ iracūdæ fulminibus dicit fuisse simillimos. & profecto nulla ex parte maiora indicia animi sūt q̄ ex oculis: qui ardent: incendunt: qui truces sūt: torui: flagrantes: graues: transuersi. idem summissi blandi. nec mentitus est ille: qui i oculis animum inhabitare existimauit. Ego ut affectiones meas haud dissimulāter attingā: quotiēscūq; aut pāthiā meam uideo aut martiam. mecū ipse cum suspirio tacitus repeto istū poetæ uersiculū. Fulminat illa oculis: & q̄um fœmina sæuit. Et enim non tā cynthiæ q̄ panthiæ: & martiæ conuenit: quæ ambæ luminibus homines afflant. ad quarū conuitū nullus durare potest aspectus. fulmina uerius q̄ fulgore exiliunt illarum oculis & emicant: in quibus cupidines & Veneres omnes inhabitare uidentur. me primum panthia oculis suis fulminantibus afflauit reddiditq; semiiustulatum. mox martia totum penitus incendit combussit: absumpsit. & iuuat me tali incendio deflagrasse. uixi panthiæ addictus. moriar martiæ mancipatus: quæ autem panthia sit: & quæ martiam in meis libellis nemo unquam me docente precipiet. nemo scire cupiat Veneris Arcana mysteria. sint contenti quæso lectores nominibus fictitiis: nec illa discutiant quæ delitescunt penitissimis infixa præcordiis. olim ardores nostros promulgabimus elegis explicatos: quos eo calore conscribimus: quo amamus. sed iam ad reliqua: quæ supersunt enarranda pergamus. Spectaclum capta. Qualia spectari so ēt crudelitatis exempla in urbe ab hostibus: talia i pellices a furibunda cynthia esse patrata significat. Genium que meum. Genius est deus in cuius tutela: ut quisque natus est uiuit. hic siue q̄ generamur curat: siue q̄ gignatur nobiscum: siue q̄ nos genitos suscipiat ac tueatur certe a gignendo genius appellatur. non nulli binos genios omnibus nobis appositos esse dixerunt. singuli suo genio die natali sacrificātes manum a cede ac sanguine abstinebant: ne die qua ipsi lucē accepissent alii demerēt: merūq; fundendū esse genio existimabant sine hostiæ i molatiōe. unde dixit Persius. Fūde meæ genio. genius generalis est omniū præsul: & specialis singulis mortalibus admouetur: quē etiam præstitē: q̄ præsit gerūdis omnibus: uocauere. & quoniā cogitationum arcana superæ nunciat potestati: etiā angelus poterit nūcupari. autores Martianus & cēsorinus. existimat apuleius in demonio Socratis geniū appellari animū nostrum: q̄quis sit i mortalis: tamen quodammodo cū homine gignit. tertulianus i apologetico inqt. Nescitis genios demonas dici: & ide diminutiua uoce demonia. genius autore Festo est parens hominū. & propterea genius meus nominat: quia me genuit. genium etiā putarunt uniuscuiusq; loci deū. unde ait. Maro. Incertus geniū ne loci famulū ne parētis Esse putet. a genio genialis deriuatur. unde genialis dies & lætus dicitur. & geniales homines appellatur: qui prōptiores essent ad cibaria largius apparanda. & is dicitur curare genialia qui niuit lautius. peierare per geniū principis non licet.

Semper damnosi subsiluere canes.
Cantabāt surdo nudabant pectora cæco
Lanuuii ad portas hei mihi solus eram:
Cū subito rauci sonuerūt cardine postes
Et leuia ad primos murmura facta lares
Nec mora cū totas resupiat cynthia ualu
Nō opposa comis sed furibūda decēs (as
Pocula mi digitos inter cecidere remissos
Pallueratq; ipso labra soluta mero.
Fulminat illa oculis: & q̄tū fœmina sæuit
Spectaclum capta nec minus urbe fuit
Phylidos iratos in uultū coniicit ungues
Territa uicinas thetia clamabat aquas.
Lumina sopitos turbant elata quirites
Omnis & insana semita nocte sonat:
Illas direptisq; comis tunicisque solutis
Excipit obscuræ pria taberna uiæ. (rit
Cynthia i exuuiis gaudet uictrixq; recur-

Phyllidos iratos. Exprimitur ardor cynthiæ in pellices seuientis: & unguibus uultum phyllidis lancinantis. unguibus enim armatur fœmineus sexus: ut inquit donatus. & ut ait Lucretius. arma antiqua manus ungues dentesq; fuerūt. Clamat aquas. Tā q̄ ad extinguēdū icendiū. Lumina sopitos. Ad strepitū fœmineūq; tumultū furibūdæ cynthiæ elata sūt lumina: quibus a somno excussi sūt dormientes romani. Semita sonat. Scilicet strepitu in cæco tumultu a cynthia concitato. Illas direptis. Phyllis & theia laceratis comis & tunicis dilorica tis ausugerūt in pximam tabernam: & illic delituerūt cynthiam pauentes. In exuuiis. Idest spoliis pellicum.

Lassauit brachia. Defatigata sunt cynthiæ brachia in Propertio percutiẽdo. mox lvgdamus uestibus exutus est: & a cynthia bene cæsus implorans geniũ poetæ domini. Ad pluteũ fusca. Corrige fulcra: ut sit sensus. lvgdamus ad fulcrum lecti sinistrum delitescebat. Pluteũ appelat mensam. ut Tranquillus: qui ait ĩ caligula. Cœnanti sibi ad pluteum modo ad pedes stare succinctos linteo passus est. nam pluteos non solum militares machinas appellamus: sed etiam tabulas: quib⁹ aliquid præsepitur. ita Persius. nec Pluteũ cedit. & Martialis. Pluteo uindice tutus erat. Lygdame Excusat se poeta apud Lvgdamum: cui auxilium imploranti nõ succurrerat. cum & ipse mãcipium foret amicæ. Tu neq; pompeia. Hæc est formula legis a cynthia præscriptæ: qua iter dicit poetæ porticu pompeia & ludõ gladiatorio: qui in foro exhibebatur arena constrato. unde arenam poetæ appellant locum certaminis gladiatorii. & ita non uult poetã spatiari in illis locis: in quibus frequentes puellæ diuersabantur: ut docet Ouidius. Inflectas ad summum. Caueto iquit ne ad superiorem theatri partem flectas aciem oculoq; ubi. s. matronæ spectãt. Lectica sudet. Tropos metonymia pro lecticarii. nolo inquit dum in lectica gestaris diu cuncteris in itinere spectãdo pq; lecticã adapertam. uel hoc dicit nolo: ut tam diu in itinere lecticam remoreris: in qua matrona gestetur: ut hac tua mora lecticarii desudent: dũ tu cũ illa sermocinaris. Seruis lecticariis legatis: si idem lecticarius sit & coquus accedit legato. ut scribit iurisconsultus. de legatis. Veneat. Volo: ut lvgdamus uendat tanq; internũcius & perductor meretriciũ: habeaturq; in cõpedibus. Sufficit & pura. Ego existimo mẽdũ esse in uerbo: & emẽdandũ suffiit. ut sit sensus. cynthia factis suffitionib⁹ purgauit locũ: quem tetigerant phyllis & teia tanq; suo cõtacu cũcta polluissent. Vir. At suffire etymo. quod exponit Seruius suffumigare. crebra est mẽtio apud Plinium suffitionis. & suffitus. & Oui. in fastis ait. Sãguis equi suffimẽ erit uituliq; fauilla. Mutare lacernas Voluit inq; cynthia: ut uestimẽta tota exuerẽt tanq; polluta contubenio meretricularũ: & ut sumerem mutatoria.

Et mea peruersa saucia ora manu:
Imponitq; notã collo morsuq; cruentat
Præcipueq; oculos qui meruere ferit.
Atq; ubi iã nostris lassauit brachia plagis
Lygdam⁹ ad plutei fulcra sinistra latẽs
Exuitur: geniumq; meũ ꝓstrat⁹ adorat
Lygdame nil potui tecũ ego capt⁹ erã.
Supplicib⁹ palmis tũ dmũ ad fœdra uẽi
Cum uix tãgendos præbuit illa pedes.
Atq; ait admissæ si uis me ignoscer culpę
Accipe quæ nostræ formula legis erit.
Tu neq; põpeia spaciabere cult⁹ ĩ umbra
Nec cũ lasciuum sternet arena forum:
Colla caue iflectas ad sũmũ aliq; theatrũ
Aut lectica tuæ sudet apta moræ.
Lygdam⁹ ĩprimis ois mihi cã querelæ
Veneat: & pedib⁹ uicula bina trahat.
Indixit leges: respondi ego legib⁹ utar
Riserat imperio facta superba dato.
Dei quẽcũq; locũ externę tetigere puellę
Suffiit & pura limia tergit aqua:
Imperat & totas iteq; mutare lacernas
Terq; meũ tetigit sulphuris igne caput
Atq; ita mutato ꝑ singula pallia lecto
Respondi & toto soluim⁹ alma toro.

Sulphuris igne. Sulphur habet religionibus locum ad expiãdas suffitu domos. Autor Plinius in. xxxv. unde ait Oui. Terq; senẽ flãma ter aqua ter sulphure lustrat. &. Iuuenalis. sulphura thedis. & ab Ouidio alibi dictũ est scribẽte de purgatione paliliũ. Cærulei fiãt puro de sulphure fumi. & fulmina: & fulgura sulphuris odorẽ habent. & lux ipsa eoq; sulphurea est. ide a Persio fulmen sulphur sacrũ noiatur illo uersu. Sulphure discutitur sacro. ait poeta suũ caput lustratum fuisse a cynthia terno tactu ignis sulphurei. Soluimus arma toro. Verecunda quadam uerborum translatione cum cynthia se concubuisse significat.

De Hercule.

a Mphytrioniades qua tempestate iuuencos
Egerat a stabulis o erythręa tuis.

Mphytrioniades quo tempestate iuuẽcos: Mulieres autore Gellio non deierant per Herculem & herculaneo abstinent sacrificio. huius rei causam nũc poeta commemorat decoriter & luculenter. res Herculis uulgatissimæ sunt. & quotidie a minutis doctoribus in scholis triuialibus referuntur. istud relatu dignũ est: q̃d scrut atores reconditarum literarum tradũt. uidelicet Herculem deum fuisse uetustũ apud ægyptios. & unũ ex diis duodecim: cuius nomen græci ab ægyptiis mutuati illud indiderũt filio amphytrionis & alcumenæ: & ita gesta prioris Herculis: q ægyptius fuit ascripta sũt posteriori: q thebanus fuit: qq; plus annis mille post primũ Herculem efforuit. idem accidit Dionysio: q dr bacchus nã quæ a priore gesta sũt. ea oia in posteriorẽ trãslata fuerunt. Scribit Macrobius Herculẽ eẽ solẽ: idq; ex nois ethymo claq; eẽ demõstrat. Hercules. n. quid aliud est heras. i. aeris eleos hoc est gloria: quæ porro alia aeris gloria est nisi solis illuminatio: mythici. historiciq; Herculi nomẽ iditũ esse dixerũt ab eo ꝙ ignonis opera gloriã esset adeptus. cũ antea: ut iquid Diodorus uocaret alceus. plures Hercules esse tradit antiqtas sextũ Herculẽ illũ fuisse existimat Cicero libro tertio de natura deoq;: quẽ Iuppiter genuerit ex alcumena: q dictus est amphytrioniades. nõ ꝙ filius fuerit amphytrionis. sed ꝙ existimatus. sicut a tyndaride dicti sunt castor & pollux.

Oerythrea. Insula est ĩ hispaniæ termino. ĩ lõgũ ducẽtoq; miliũ passuũ. q̃drigẽta milia lata. ĩq; oppidũ gadir fuit. uocat a thimeo aphrosias. ab idigenis isula iunonis. ab ephoro erythrea. dicta ẽ ãt hoc noie: quoniã teste Plinio cõditores ab erythreo mari uenerũt: i hac geriones hitasse a qbusdã existimãt: quoq; armẽta Hercules

abduxerit. pherecydes erythream dicit esse gades ī qua ea: que de gervone nulgãtur: fabulis īsinuãt. ī hac īsula herbæ pabulũq; latissimũ exuberat: quo adeo armenta pinguescunt. ut intra trigīta dies suffocentur nisi sanguis missione iuuent. autor strabo in gerīo. ex quo fabulas de gervões armẽtis cõfinxerũt. gervonẽ uero ipsũ nõ triplicis naturæ: ut fabulis ꝓditur: fuisse ferunt sed tres fratres tãtæ concordiæ extitisse: ut uno animo oẽs regi uiderentur: qui cũ armẽta sua rapi ab hercule uidissent: amissa bello repetierunt. ut scribit Iustinus ī ultimo. Gervones chrysauri filios dicit fuisse Diodorus: cui a diuitiis nomen indiderunt. Hercules armẽta transportauit in Italiam: & iuxta uiberim consedit. si legis o erythree. apostropha ẽ ad ipsũ geryonem: qui dicitur erythreus ab insula quam inhabitault. Pecorosa. Armẽtosa. & uidet alludere ad id quod dixit Varro: putare quosdam nominatum esse palatium a pecore. Ideoq; neuius Balantium appellat uidelicet ab ouium balatu. Qua uelabra. Velabrum uicus est Romæ a uehendo dictum: ut interpretatur Varro. quia olim eo uehebantur ratibus: quando uberis per uelabrum fluebat. Tibullus. At qua uelabri regio patet ire solebat Exiguus pulsa per uada linter aqua. Duplex est uelabrum: maius: & minus. Incola cacus erat. De caco uulcani filio lege: quæ scripsit Virgilius ī octauo & Ouidius in primo fastorũ. Caci nrminit Liuius in primo quẽ columela uicinũ detestabilẽ fuisse memorat his uerbis. Nisi autolycus ille cuiq; potuit tolerabilis esse conterminus. Aut auentini montis incola palatinis ullũ gaudium finitimis suis cacus attulit. De caco affatim Seruius: Dionysius solinusq; scripserunt. satis sit indicasse scriptores: quos adire possis: si quid copiosius nosse desideraueris. Auersos cauda. Idẽ pene uersus Apud Ouidium ita scribẽtem. Traxerat auersos cacus ī antra boues. & Liuius. auersos inquit boues eximium quenq; pulchritudine caudis in spelũcam traxit: ne uestigia quærentem dominum eo deducere possent. Furem sonuere ideſt mugitu cacum prodiderunt a bactorẽ armenti herculanei. Virgilius Reddidit una boum uocem: uastoq; sub antro Mugiit & caciſpem custodita fefellit. Menalio ramo. claua herculea percussus cacus occubuit. Ouidius. Abductaq; claua trinodis Ter quater aduersi sedit in ora uiri. & Liuius inquit. cacus ictus claua nequicquã fidem pastorum inuocans morte occubuit. Maro cecinit cacum uiribus herculeis fuisse elisum ac suffocatum Clauam Herculi dono dedit Vulcanus: quam ramum menalium uocat a menalo arcadiæ monte. Tria tempora. Quoniam ferunt cacum fuisse tricipitem. cui monstro Vulcanus erat pater.

Venit ad iuictos pecorosa palatia mõtes
Et statuit fessos fessus & ipse boues.
Qua uelabra suo stagnabãt fluie q̃que
Nauta p urbanas uelificabat aquas.
Sed nõ ifido manserunt hospite caco
Incolumes: furto polluit ille locum.
Incola cac9 erat metuẽdo raptor ab ãtro
Per tria ptitos qui dabat ora sonos.
Hic ne certa forẽt manifestæ signa rapiæ
Auersos cauda traxit ī antra boues.
Nec sine teste deo furẽ sonuere iuuenci
Furis & implacidas diruit ira fores:
Menalio iacuit pulsus tria tpa ramo
Cacus: & alcides sic ait ite boues.
Herculis ite boues nr̃e labor ultie clauæ
Bis mihi q̃sitę: bis mea pręda boues.
Aruaq; mugitu sancite boaria longo
Nobile erit romæ pascua uestra foꝝ:
Dixerat: & sicco torret sitis ora palato
Terraq; nõ ullas fœta ministrat aquas:
Sed ꝑcul iclusas audit ridere puellas
Luc9 ab umbroso fecerat orbe nemus:
Fœmineæ loca clausa deæ fõtesq; piãdos
Impune & nullis sacra retecta uiris:

Bis mea prada. Quia primo boues abduxit a geryone: & ita nunc eripit e manibus caci. Arua boaria. Allusit ad forũ boarium quod erat Romæ peride ac a bobus Herculis nominatum: quod neq; canes neq; muscæ ingrediebãtur: ut ait solinus. In eodem foro Hercules fictilis ab euandro fuit consecratus: qui triumphalis uocabatur: atq; per triumphos uestiebatur habitu triumphali. ut autor est Plinius in trigesimoquarto. Scribit Cor. Tacitus simulacrum Tauri æneũ fuisse in foro boario. a quo Romulus cepit ducere sulcum oppidi designandi. Varro autem & Festus foꝝ boarium dictum esse prodiderunt: quod ibi boues uenderentur. Fœta. i. fœcunda & ferax. Cuius contrarium est effeta. Fœmineæ loca clausa deæ. Indicat lucum illum fuisse sacratum bonæ deæ: a cuius sacris uiri arcebantur: nec in eius templum introire uirum licebat: ut autor est Macrobius. unde ait Tibullus. Sacra bonæ maribus non adeunda deæ. Et Seneca in decimosexto epistolarũ ad lucillium scribit sic uiros omnes summoueri a conspectu religionis bonæ deæ: ut picturæ quoq; masculoꝝ animalium contegantur: Hinc exiit illud satyricum. Illuc testiculi sibi conscius: unde fugit mus Intulerit. ubi uelari pictura iubetur: Q uæcunq; alterius sexus imitata figurã est. Cerimonias bonæ deæ olim polluit clodius adulterata Cæsaris uxore: ut historici tradiderũt. Quod facinus cum Cicero acriter atq; inflammanter conquereretur dixit in oratione pro aruspicum respõsis. Quod sacrificium tam occultum est q̃ id quod non solum curiosos oculos excludit: sed etiam errantes: quo non modo improbitas: sed ne imprudentia quidem possit intrare: Quod quidem sacrificium nemo nisi publius clodius omni memoria uiolauit: nemo unquam adiit: nemo neglexit: nemo uir aspicere non horruit: quod sit per uirgines uestales. sit pro populo romano: siti ea domo: quæ est in imperio: sit incredibili cerimonia: sit ei deæ cuius ne nomen quidem uiros scire fas est. hactenus Cicero: cui astipulatur nunc Propertius: qui ait nulli uiro impune sacra huius deæ fuisse patefacta: quoniam luunt mox pœnas: & hanc historiam: quam nunc commemorat poeta retulit: Macrobius: cuius uerba subieci: quoniam sunt enarrationi poeticæ accommodata. Mulieres

inquit sacro herculis nō licet interesse: qa herculi: cū boues gervonis p italiæ agros duceret: sitienti respondit mulier: aquā se non posse ꝑstare: qꝑ fœminaꝝ celebrareť dies. nec ex go apparatu uiris gustare fas eēt. ꝓpter quod hercules sacturus sacrū detestatus est ꝑsentiā fœminaꝝ. & potitio ac pinario sacrorum custodibus iussit ne mulierē itereſſe paſſiterent. Hactenus Macrobius. Puniceæ uittæ. Purpurei coloris. a uitta uittatus deriuatur. & sacerdotes poetæ uittatos appellant. & olim apud romanos unus ex metellis cognominatus est uittatus. quoniā cū ulcus hr̄et in fronte uittam gestabat ad deformitatē occultandam. Cuius rei meminit plutarchus in coriolano. erant inquit limina bonæ deæ uelata purpureis uittis: quæ deuia appellat: quoniam erāt a uia militari sequestrata: & i recessu auio posita. Quid sit deuia supra declarauimus. Populus. populi tria sūt genera. alba: & nigra: & quæ lybica appellat. Folia populi circūagunt post solsticiū: id qd ulmo quoq; & tyliæ & oleæ & salici euenit. Autor plinius in. xvi. populus herculi dicata est: ut ioui esculus. Apollini laurus. mineruæ olea. ueneri myrtus.

Deuia puniceæ uelabant limina uittæ:
Putris odorato luxerat igne casa.
Popul9 & lōgis ornabat frondib9 ædē:
Multaq; cantātes umbra tegebat aues.
Hucruit in siccā cōgesto puluere barbā:
Et iacit ante fores uerba miora deo.
Vos precor o luci sacro quę luditis antro
Pādite defessis hospita uestra uiris
Fōtis egens erro circaq; sonātia lymphis
Et caua suscepto flumine palma fat est.
Audistis ne aliquē tergo q sustulit orbē?
Ille ego sum: alcidē terra recepta uocat.
Quis fcā herculeæ nō audit fortia clauæ
Et nūquam ad uarias irrita tela feras:
Atq; unt stygias hoium luxisse tenebras.
Accipite: hęc fesso uix mihi terra patet.
Quod si iunoni sacrum faceretis amarę
Non clausisset aquas ipsa nouerca suas.
Sin aliquem uultusq; meus setęq; leonis
Terrēt & lybico sole perusta coma.
Idem ogo sidōia feci seruilia palla
Officia & lydia pēsa diurna colo:
Mollis & hirsutū cepit mihi fascia pect9
Et manibus duris apta puella fui.
Talib9 alcides: at talib9 alma sacerdos

Verba minora deo. hoc est humilibus uerbis neq; deo conuenientibus usus est hercules. ut impetrabilior fieret apud puellas. Vos precor. Verba herculis suppliciter despcantis: ut sibi sitibūdo pandāt hospitiū puellæ ludibūdæ. Caua palma. Sibi sufficturū dicit tātū aquæ: quantū concaua manu possit haurire. Olim diogenes cynicus: cū uidisset pueꝝ manu concaua bibentē: eiisisse ferē uascu lum ligneū: quo ad potādū utebat: dicens. Nescieba q̄ natura haberet poculum: de hoc naturali poculo uersus est ille graphice nimis cōcinnatus a calphurnio. Cōcauat ille manus palmasq; in pocula uertit. Alciden. Alciden cū pronunciamus. nomen ipsum pro magnitudine uirtutis eius debemus extollere. ut apud uirgiliū curiose donatus obseruauit. Nunc hercules se alciden dum ait in orbe terrarum uocitari: clanculū intelligi uult sub eo nomine fortissimum se atq; inuictissimū dici. Hercules dictus est alcides: siue ab alces monte: siue ab alceo patre amphytriōis siue apotis alcis. i. fortitudine. Herculē aūt appellauerunt quasi heras cleon: hoc est iunonis gloriā: q̄ eius imperiis famam uirtutis sit consequutus: ut scribit pbus grammaticus. Macrobius uero herculis nomē ad solē dicit esse referēdum: cuius illuminatio gloria est Iunonis: hoc est aeris: ut dudum diximus. Recepta. ideſt uirtute mea liberata. Virgili. Medioq; ex hoste recepi. Quis facta herculeæ. Res suas gestas adeo claras: adeo memorabiles dicit ut nulli ignotæ esse debeant: quēadmodū sunt. quis legendo uel fando nō nouit erūnas herculeas: Quas uno epigramate complexus ē Ausonius: Quas Ouidi. Seneca: Diodorus copiose. Hercules dicitur ab apuleio lustrator orbis: purgator ferarum. etiam domitor gentiū. Luxisse tenebras. Quoniam scilicet descēdit ad inferos: & eduxit cerberum. Ipsa nouerca. Pronomina ut iquit donatus habent maximū pondus. ut apud uirgiliū. Me ne icepto desistere uictam. & Ast ego quæ diuū. Ipsa ego quæ semp mihi fuit infesta. ipsa quæ priuignum usq; quaq; persequitur: ipsa quæ meis gaudet incōmodis & angitur fœlicitatibus. Setæq; leonis. Hercules gestabat pellē leonis nemei pro tegumēto: & clauam ꝑ telo. unde ait luculēter apuleius i apollogia. hercules neq; una pelle uestitior fuit. neq; uno baculo comitatior. & ꝑter hæc duo nihil aliud gerebat: nudusq; peregrinabatur. qd̄ ideo dictum est: quia aurū & argentum: & uestē nihili faciebat: ut autor est Dion prusensis in libro de regno. Si inquit aspectus meus trux: & pellis seuis horrenda: & capilli ipexi aduſticq; uos terrent. scitote me olim gestasse uestimenta fœminea: & mulieribus fuisse mancipatū. Sidonia palla. purpurea ueste muliebri: de qua dictū est supra. Herculē iduisse habitus fœmineos: quando omphalæ seruiebat: notissimū est. & supra memoratum. Lyda colo. Propter omphalem lydiā. cui seruiens Hercules nebat: & officia mulierbria mulieris instar obibat: quod illi probro maximo dat uxor deiani ra apud Ouidiū. Crassaq; robusto deducis pollice fila: Aequaq; formosæ pēsa repēdis hæræ. Fascia pectus. Strophiū itelligit: quæ est fascia pectoralis. dequo Catullus. Nō tereti strophio lactentes uincla papillas. Strophium: ut inquit nonius: cohibet uirginalem errorem papillarum. apud Martialem. Lemmata sunt fasciæ pectoralis amictorii: & māmillaris: quæ omnia sunt pectoribus fœmineis accōmodata. In alia significatiōe strophia dicūtur coronæ tenuiores. unde natastrophiola. Autor Plinius in uigesimoprimo. artifices strophiorum strophiarios uocamus. Plautus in aululari. Strophiarii adstant. adstant se mizonarii. Alma sacerdos. Scilicet bonæ deæ: cuius sacrificium. ut supra ex Ciceronis autoritate recitauimus: fiebat per uirgines uestales.

Parce oculis. Quoniam uti iam docuimus sacrificium bonæ deæ oculos uirosq; excludit non solum curiosos:sed etiam iprudentes.& opinio illius religionis est illũ uirq; oculos perdituq;:qui sciens sacra illa ꝓsperexerit

Interdicta uiris. Ara bonæ deæ & eius sacra erant interdicta uiris:neq; fas erat uiroq; ingredi illud sacrariũ:ut supra diximus. Admonet itaq; sacerdos Herculẽ ne uelit polluere cerimonias deæ ingressu uirilitquæ sũmoto:& sequestrato loco sese remouerat a cõmercio uiroq;. Magnã tyrhesias. Ab exẽplo ostendit cõspectũ deæ eẽ uiris exitiale. Tyrhesias eni cũ pallada nudato corpore se lauantẽ i undis aspexisset. Dedit pœnas illius speculationis. Nãq; ipsius deæ indignatione luminibus orbatus ẽ & penitus obcæcatus. quæ res apud græcos a callimacho cõmemoratur. Apud nos ab uno propitio.qui usq; quaq; callimachũ emularus fabulã ab illo transtulit. Ouidius & reliqui latini scriptores tyrhesiã ab irata iunone cæcatum fuisse ꝓdiderũt:q defunctus apud fontem tilphosam: fuit honorificentissime sepultus:ut Diodorus & strabo meminerunt. Hunc plautus coniectorem appellat.hunc apud iferos homerus ait solũ sapere. Cæteros umbraꝝ modo uagari.unde nũc uates dicit a poeta. Posita gorgone.i. exuta egide.in qua pallas gestat caput meduseũ. Auia, iaccessa & semota. Lucre. Auia pieridũ pagro loca. Vi cera æstũ. sedauerat sitis ardorẽ ꝓoro fluminc. Maxima ara.hercules iterfecto caco arã sibi statuit:quæ maxia semp dicẽt nobis:& erit:q̃ maxima semper:ut iqt maro. de qua ait Ouidius. Constituitq; sibi quæ maxima dicitur arã.hæc teste dionysio proxima erat foro boario.& uenerationc inter incolas ꝓcipua:ad quã hercules bouẽ decumas obtulit:dixitq; illos uirã beatissimam uicturos:q sibi bonoꝝ decumã dicauissent. Hinc legimus apud historicos sylla:luculũ:&.M.crassum illũ opulentũ decumas bonorum herculi sacrificasse:& decima herculanea pars nũcupatur.unde est locus ille plautinus in truculento. Detraxi ptem herculaneã:& in bacchidibus. herculẽ fecit ex ꝑe decumã partẽ ei dedit.hercules ab hac ara mulieres sequestrari uoluit:quæ ut inquit plutarchus: nihil neq; attingunt: neq; degustant:quod supra aram imolatum sit.

Sancte pater. sanctus dr hercules sabina ligua quẽ diũ fidũ prisci uocitarũt.autor uarro. apostropha est ad ipsũ herculẽ:quẽ rogat poeta ut uelit dexter: hoc est propitius esse huic suo libello:qui nõ temere tanq̃ opitulator poetæ imploratur. nam:ut scribit plutarchus: herculi ac musis cõmunem ædem statuerũt:q dicit a trãquillo ædes herculis musarũ:quia euãdrũ litteras docuit:& græci herculem appellãt musageten:hoc est ducẽ sociũq; musarũ. Quies musaꝝ sicuti eleganter scribit eumenius iuuari debet& ornari defensione herculis:& uirtus herculis uoce musarũ. Hic ẽ ꝙ apd papiniũ i siluis hercules appellat socius musæ calliopes illo uersu. Dic age calliope socius tibi grande sonabit Alcides. Senserat orbẽ. Legẽdũ potius sãxerat q̃ senserat:dq̃ a sanciẽdo & sanctione sanctus deducatur: a quo sanctæ leges nominãtur:q̃uis iurisco̅sultus a sagminibus deduci existimauerit.

Puniceo canas stamĩe uicta comas (do
Parce oculis hospes: lucoq; abscede uerẽ-
Cede:age dũ & tuta limina lique fuga.
Interdicta uiris metuenda lege piatur
Quæ se summota uindicat ara casa.
Magnam tyrhesias aspexit palladа uates
Fortia dum posita gorgõe mẽbra lauat.
Dii tibi dẽt alios fõtes: hęc lympha puel-
Auia secreti limitis una fuit. (lis
Sic an9: ille hũeris postes cõcussit opacos
Nec tulit iratam ianua clausa sitim.
At postq̃ exhausto iã flumĩe uicerat ęstũ
Ponit uix siccis tristia iura labris. (tẽ
Angul9 hic mũdi nũc me mea fata trahẽ-
Accipit: hęc fesso uix mihi terra patet.
Maxima quæ gregib9 deuota ẽ ara reptis
Ara phas inquit maxima facta man9.
Hæc nullis unq̃ pateat uenerãda puellis
Herculis eximii ne sit inulta sitis.
Sãcte pater salue cui iã fauet aspera iuno
Sancte tuelis libro dexter ineſſe meo.
Nũc quoniã mãibꝫ purgatũ sãxerat orbẽ
Sic sanctum taciæ composuere cures.
Qualiter appellatur iuppiter feretri9:
Vnc iouis icipiã causas apire feretri
n Armaq; de ducibus trina recepta tribus.

Taciæ cures. Locus subobscurus est nec oibus obuius. Tangit eni historiã quæ ab Ouidio referẽ in. vi. fastoꝝ nã sabini quoꝝ ciuitas est cures: quorũ rex fuit tacius: ædem romæ in monte quirinali cõstituerunt deo trinomio: quẽ sanctũ fidiũ & semipatrẽ appellãt:q hercules eẽ intelligit. ut docuit uarro:q etiã refert taciũ sabinũ dedicasse romæ mãta numia:q olẽt sabinã liguã exponas ergo sãctũ a sabis fuisse dicatũ romæ & ita sabia ligua fuisse uocitatũ:q̃ græca dictus ẽ hercules de quo silius in. viii. ps sanctũ uoce canebãt Auctorẽ gentis.

n Vnc iouis icipiã cãs apire sereiri. Romulus acrone duce centinẽsiũ i ꝑlio obtruncato spolia suspensa in ſerculo gerens ascendit i capitoliũ:ibiq; tẽꝑlũ ioui dedicauit:quem feretriũ cognominauit. & i eo spolia regia collocauit. hæc tẽpli ẽ origo:qđ primũ oium romæ sacratũ est. Autor liuius i primo. fuitq; sedes opimis spoliis. quæ ita nũcupata sũt ab opibus ut ait Varro. Siue ut scribit plutarchus ab opere rei gestæ. sũt autem opima spolia:q̃ regibus ducibusq; hostiũ i prelio sua manu cesis detrahunt duces. & in templo iouis feretrii suspendũt. Trina usq; ad tempora plutarchi parta sũt opima spolia. adeo rara eius fortuna decoris fuit. Prima Romulus acrone interempto. Secunda Cornelius cossus tolũnio etrusco. Tertia marcellus uir domato gallorũ rege suspenderũt. post marcellũ nullus. unde autem iuppiter feretrius sit cognominatus incertũ est. Alii a feriendo dictũ autumant. alii a ferendo. utrũq; significat propertius in calce

carminis: a quo hæc omnis historia eleganter explicatur. Magnum iter ascendo. Methaphoricos significat se grādem materiā meditari: quæ heroico cōueniret. Ceninū acrona. Ceninēses duce acrone ipetum in agrū romanoꝝ fecerūt. ob captas uirgines: quibus fiebat obuius Romulus cū exercitu. & hostes fūdit fugatq; Regem ipsū acronem in prælio obtrūcat. obtrūcatū armis spoliat. & ita duce hostiū occiso urbē primo ipetu capit. Mox ornatu triūphali cōspicabilis opima spolia acronis obtrūcati Ioui feretrio consecrauit. Historia nota monumētis Liuii. Dionysii: atq; Plutarchi. Herculeū uocat acrona. uel qā Herculem ceteri uenerabantur. uel quia fortis. uel quia ab Hercule erat oriūdus. Ipse dedit. Sēsus est. acron: qui sua uirtute sperabat se posse Romulū obtruncare: & obtruncatū spoliare: fuit ipse a romulo uictore spoliatus. & ita illi dedit sua spolia suomet ipsius sanguine madentia. ex quo ostendit acronta uulneribus confossum: sanguinolentaq; arma illius extitisse. Votis ratis. Vota Romuli irata appellat: quoniam firma fuerunt: & impetrabilia: quæ Ioui fecit. Iuppiter hæc uerba Romuli uotū facientis. Qui tulit primo. Laudat Romulū a præstātia uirtutis: q frigoꝝ castrensium esset patiens: nec minus idoneus agricolationi: q̄ militiæ. Galea lupina. Alludit ad lupā Romuli nutricē. cuius fuluo tegmine: ut inquit maro utebatur. & multi antiqtus in militia gestabant galeros ex pellibus lupinis consutos unde dixit Virgilius. Fuluoq; lupi de more galeros Tegmen habent capiti. Talem galeꝝ nūc poeta uocat lupinam galeam: qui a filio dicitur codon ferinus. illo uersu Caput his codone ferinæ. Stat cautum. & ut inquit Vegetius: pileis antiquitus milites utebantur ex pellibus: quos pannonicos uocant. Hirsuta iuba. Iubā appellat cristas quibus ornantur galeæ: quas antiqui de caudis animaliū factitabant. Vnde est illud maronianū. cristaq; hirsutus egna. a quo iubæ etiam dicūt: ut illic. gratiaꝝ errore iubarum: q galeam comantē ob id ornamēti genus appellat. pennæ struthiocamelli maxime adornant conos bellicos: & galeas: ut scribit plinius in decimo. cristas primi cares i uenerūt. Pyropa pyropo. Non erat inquit romuli clypeus gēmis fulgētibus distinctus: neq; pyropis flammantibus radiosus. est autem pyropus gemma: quæ ut inquit Ouidius: flāmas imitatur. Cesi baltea lenta boues. Balteum cingulum e corio habebant bullatum. unde insinuat Varro balteum deriuari. Ait poeta e corio cesi bouis fuisse confectū romuli balteū militare nullo ornatu precioso. plautus i asinaria. mortuos boues uocat uerbera ex pellibus bibulis concinnata. Vbi mortui boues uiuos icursant homines. Cossus at insequitur. Fidenates intersectis romanis legatis ad latiē toluminū ueientū regē desecere. Romani ut hanc iniuriam ulciscerentur bellū cum fidenatibus ueientibusq; ethruscorum populis sumpserunt: Initum est atrox utrinque certamen: in quo Cor. Cossus tribunus militum eximia pulchritudine corporis animo ac uiribus par cum cognouisset tolumnium regio habitu insignem tota acie uolitantem infesta cuspide in illum concitauit equum: quem uictum ex quo deiectum interfecit: & interfecto spolia detraxit. caputq; abscissum uictor spiculo gerens hostes fudit. Spolia opima in templo Iouis feretrii prope Romuli spolia cum solemni dedicatione dono fixit. Autor Liuius in quarto: apud quem disputatio est: consul ne cossus: an tribunus militū spolia consecrauerit: cū illa opima dicantur: quæ dux duci detraxerit. Scribunt Plutarchus in marcello. & Seruius. numam Pompilium constituisse: ut secunda opima spolia marti. tertia quirino consecrarentur. cum prima Ioui feretrio Romulus dedicauisset. Vincere cum ueios. Vrbs ueioꝝ opulentissima fuit urbium ethruscarum: quæ magnitudinem suam ultima clade indicauit. nam decem annos continuos a romanis circungelsa plus cladium intulit q̄ accepit. Postremo operibus non ui expugnata est a furio camillo. Nomentum & coræ. Nomentum & cora oppida sunt in latio: ut scribit Plinius. & ut ait Virgilius. hæc tum nomina erant. nūc sūt sine nomine terræ. Corani a dardano orti sunt. In agro nomentano balnea fuerunt: quæ Strabo labana appellat. Aurea sella. Olim inquit tanta fuit estimatio ueientani nominis: ut in aurea sella sedens magistratus ius in foro diceret. Emenda illud. Tum præda. & lege. tū regna fuistis. Alioquin nou quadrat sententia. In uestris ossibus. Tale est illud nasonis. Iā seges est ubi troia fuit. ita nūc ait poeta. Veios esse desolatos adeo ut agri colatio exerceatur ubi sepulta erant cadauera uetentum. Virgi. Grandiaq; effossi mirabitur ossa sepulchris.

Magnū iter ascēdo sed dat mihi gloria uires
Noluuat ex facili lecta corōa iugo. Cres
Induis exēplum primę tu romule palmę
Huius & eximio plenus ab hoste redis.
Tēpore quo portas ceninū acrōta petētē
Victor in euersum cuspide fondis equū
Acron herculeus cenina ductor ab arce
Roma tuis quōdā finibus horror erat.
Hic spolia ex humeris ausus spare q̄rini
Ipse dedit: sed non sanguine sicca suo.
Hūc uidet āte cauas uibrātē spicula turres
Romul9 & uotis occupat āte ratis. Cres
Iuppiter hęc hodie tibi uictīa corruet ab alto
Vouerat: & spoliū corruit ille ioui. Crō
Vrbis uirtutisq; parens sic uincere sueuit
Qui tulit aprico frigida castra lare.
Idē eques & frenis: idē fuit apt9 a patris:
Et galea hirsuta compta lupina iuba.
Picta nec iducto fulgebat parma piropo
Præbebant cæsi baltea lenta boues.
Cossus at insequitur ueientis cædi tolumni
Vincere cum ueios posse laboris erat.
Nec dū ultra tyberi belli son9 ultia pda
Nomētum & raptæ iugera trita chorę.
Et ueii ueteres & uox tum regna fuistis
Et uestro posita est aurea sella foro.
Nūc intra muros pastoris buccina lenti
Cantat: & i uestris ossib9 arma metunt.

Dux ueius. Toluminius. Dumq; aries murꝫ. In machinis muralibus aries est: qui inuētus esse memorat in oppugnatione gaditana. nam cū ferramēta deessent ad demolitionem: sumpserūt tignū. cuius capite murꝫ continenter pulsantes gradatim totam munitionem dissipauerunt. Postea faber tyrius nomine pephamenus hac inuentione ductus malo stanteq; ex eo alterꝫ transuersum suspendit. & in reducendo: & impellendo detecit murꝫ gaditanorum. Autor Vitruuius architectus in decimo. Scribit Plinius in septimo equum illum Troianū: quo capta est Troia fuisse machinam muralem: qui nūc aries appellatur. Ideo aries aut uocatus est a duritie frontis arietinæ: uel quia naturam arietis imitatur: qui ut uehementius feriat retrocedit. ut refert Vegetius: Ad quod alludēs poeta caput arietis ferratū appellat Ahenū cornu. Vinea. Machina bellica est: sub qua milites cōsistentes præliabantur. & tūc sub uitem præliari dicebantur De qua Lucanus. Adopta leni succedit uinea terra. Vineæ miliaris mētione scatent historici. Sistit uterq; cossus .s. & tolūnius. dicit poeta paulū ab historiæ fide discedens cossum uocasse tolumnium regem uientum ad singulare certamen. Defecta. Cesa est iquit tolūnii ceruixa cosso

Forte super portæ dux ueius astitit arcē
Colloquiūq; sua frētꝰ ab urbe dedit.
Dūq; aries murū cornu pulsabat aheno
Vineaq; inductū lōga tegebat opus.
Cossus ait forti melius cōcurrere cāpo
Nec mora fit plano sistit uterq; gradu.
Dii latias iuuere manꝰ defecta tolūni
Ceruix: romanos sanguine lauit equos

Claudius a rheno. Claudius marcellus q dictus est gladius romanorū: qui docuit Annibalē uinci posse in bello gallico apud clastidiū cōgressus est contra uirdomarū gallorꝫ regē: quē Plutarchus britomarchū appellat: qui eximia corporatura armis auro argentoq; distinctis iter cateros eminebat. Hunc hasta pfossum marcellus resupinat. & bis terq; uulnere repetitū exanimat spoliatq;. Mox fusis profligatisq; hostibus Mediolanū capit. uictorq; curru triūphali urbem iuectus: tertia opima spolia iouī feretrio cōsecrauit. Quāuis Vir. inuat quirino fuisse suspesa iuxta legē numæ Pōpilii: cuius supra meminimus. Nūc propertius famā sequit uulgatiorē. Belgica parma. Marcellus iquit fudit hostes cū trucidasset ducem gallorꝫ: & illius arma retulisset. parmā belgicam uocat scutū gallicū. belgas enim icolere tergīa galliæ partem notissimū est uel unius Cæsaris testimonio. de parma iā dictū est. Fundere gessa. Sicut pila sūt tela peculiaria romanorꝫ. Sariſſe macedonū: frameæ germanorꝫ: ita gessa sunt gallorū: de qbus ait maro. Duo gsq; alpina corruscat Gessa manu Scribit Plutarchus gessatas a gallis uocitari milites mercenarios: Festus aut gessam cē graue iactu. & uiros fortes teste Seruio gessos galli uocāt. Erectis rotis. Quoniā ex curru præliabantur. Virgatis bracchiis. Galli uestes gestāt itōsas uariisq; coloris quas bracchas uocāt. sagula gerūt uirgata hieme crassiora: æstatæ subtiliora. Autor Diodorus i sexto. & dixit maro. Virgatis lucēt sagulis. quē locū exponēs Seruius dixit Virgiliū alludere ad gallicā linguā per quā uirga purpura dr. Virgatis ergo ac si diceret purpuratis. Tu expōe uirgata sagula & uirgatas bracchas: qbus dā quasi uirgis cōtexta erāt & uersicoloria. Torqs unca. Galli brachia armillis aureis exornāt. circa collū grādes torqs gestāt ex auro solido: thoraces auro cōdecorāt: ut refert Diodorus. gallos cū auro pugnare solitos torquatus iudicio est. Romani auxiliares externos torqbus aureis donauerūt. Ciues uero argēteis: ut scribit Plinius in trigesimo terdio. a torque torquatos milites appellari: testis est Vegetius. mālius torq; cognomen meruit a torque: quē gallo quocatori detraxit. declinat masculino & fœminino genere: ut i hoc loco: & apud Gelliū in octauo torquē detraxit: eamq; sanguinolentā sibi in collū iponit. Sēsus ordinat sic. Ab iciſagula uiri domari ab iguinibus iaculātis induta braccas uirgatas decidit torqs: quæ unca hoc est flexibilis & obiorta bono epitheto cognominat. Nūc spolia. i. hoc meo tpe uisunt trina opima spolia in æde Iouis feretrii: quā auto re Liuio Augustus Cæsar tēploꝝ iuum cōditor aut restitutor uetustate dilapsā refecit. Causa feretri. Iouē feretriū scriptores qdā autumāt appellatū esse ab eo q; fulmine feriat. Alii q; feretro hoc est ferculo ad id apte fabricato suspēsa opima spolia ferāt. Alii a feriēdo dici asserūt: qa dux ducē i certamīe ferit. Propius sentire uidet cognominatū esse feretriū a ferēdo: qa humeris ferebāt spolia ad tēplū ipsius dei. id eni itelligimus potissimū ab eo pbatū qd i ultimo posuit. Cui sentētiæ astipulari uidet Liuius his uerbis: Iupiter feretri inq; hæc tibi uictor Romulus rex regia arma fero. Græci scylophoron uocāt: scylon. n. spoliū nominat. Omine certo. i. auspicio. nāq; ut ait Liuius: ducē nō nouimus nisi cuius auspicio bellū geritꝫ.

Alia Elegia.

Esine paule meū. Sub nomine corneliæ defunctæ scripta est epistola ad paulū maritū: quē admonet ut doloribus & lamētationibus supersedeat: utpote inefficacibus & nihil p futuris: eiq; cōmunes filios commendat: quos supstites reliquit defuncta primis iuuentæ annis. & dum coniugē æmyliū paulum

consolat: recenset suos natales & stemmata maiorꝝ. preterea quibus nupserit: & quot filios reliquerit enarrat & illorꝝ refert noia. Fuit aũt hæc cornelia filia scriboniæ: quæ nupsit augusto: ut infra copiose explicabimus. Ianua nigra. i. plutonia de qua ait maro. Pater atri ianua ditis. Nõ exorato adamãte. Leges orci sũt inexorabiles & ubi semel homo extinctus occubuit & sedes infernas adiuit: fata amplius de tartaro ad superos remeare nõ sinũt: uiæq; irremeabiles coercẽt manes defunctorꝝ claustris adamãtinis: hoc ẽ iuictis & inexuperabilibꝰ. poetæ finxerũt portã tartari atq; colũnas esse ex solido adamãte cõstructas: ut ex hoc demonstrarẽt: insuperabiles esse leges mortis: & defunctis nullũ unq; ad supos exitũ ide patescere. est. n. adamãtis duritia inenarrabilis: & duarꝝ uiolentissimæ naturæ rerꝝ ignis ferriq; conceptrix. unde & nomẽ idomita uis græca interpretatione accepit. de tartarea ut be ait Vir. in. vi. Porta aduersa ingens solidoq; adamãte columnæ. Fuscæ deus aulæ. i. pluto deus inferorꝝ: apud quos oia sunt fusca & nigrãtia. unde ait Claudianus. o maxime noctis Arbiter umbrarũq; potens: Platonẽ antiq; ditẽ. ueditũ ueiouẽq; dixere: q etiam sũmanus dicit ẽsi sũmos maniũ: ut interpretat martianus. & romani teste Plinio noctu na fulmina sũmano attribuerunt. locũ mẽdosum emenda apud Ciceronẽ i primo de diuinatione. nãq; in oibus codicibus ipressũ est sũmananus p sũmanus: quẽ fictilem ait olim e cœlo tactũ fuisse. iter ædẽ sũmani & iuuentutis anes uiui in furca sãbucea arbore fixi sopplicia ãnua apud romanos pẽdebãt: quoniã eos sefellissent galli ascẽdentes noctu i capitoliũ. de sũmani noie locus est apud Plautũ in curgulione. summani meminit Oui. i. vi. fastorꝝ. Vota mouẽt superos. Catholica sntia: qua ostẽdit deos supos eẽ exorabiles. cũ iferi sint inexorabiles: quã ab Homero mutuatus ẽ ita scribẽte. Sũt faciles supi ꝓcibus flectunt & idẽ Sacrorꝝ nidore pio placantur: & ipsis Nimirꝝ uotis homiũ: quæ siquis in illos Errarit ueniã rogitãs cõcepit in aris: Meminit & Plato huius homericæ sentẽtiæ li. ii. de repu.

Cum semel infernas intrarunt funera leges
Non exorato stant adamante uiæ:
Te licet orãtem fuscæ deus audiat aulæ
Nẽpe tuas lachrimas littora surda bibẽt
Vota mouẽt supos: ubi portitor æra recepit
obserat ũbrosos lurida porta rogos (pit
Sic mœste ceciere tubæ cũ subdita nostꝝ
Detraheret lecto fax inimica caput.
Quid mihi diugiũ pauli? qd curr9 auorꝝ
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num min9 imites habuit cornelia peas:
Et sum qd digitis quinq; leuatur onus?
Dãnatę noctes. & uos uada lẽta paludes
Et quecunq; meos ꝑplicat unda pedes:
Immatura licet tamẽ huc nõ noxia ueni.
Det pater hic umbræ mollia iura meæ:
Aut siqs posita iudex sedet æac9 urna
In mea sortita iudicet ossa pila.
Assideant fratres iuxta minoia sella
Eumenidum itẽto turba seuera foro:
Sisyphe mole uaces taceant isionis orbes
Fallax tantaleo corripiare liquor:

Vbi portitor æra recepit. Ex suppstitione ægyptiaca hoc trãslatũ est: apud quos obolus dat portitori cui caronti nomẽ: q uectat cadauera defunctorꝝ i cymba p paludẽ ache rusiã ad sepulchra. hic orpheus ad inferos hũc ritũ soluẽdi portorii transtulisse fert. ut multa alia sumpta ab ægyptiis traduxit. & apuleius in. vi. de asino aureo inqt. Apud inferos charon ẽ expetẽs portoriũ. sic ad ripã ulteriorẽ sutili cymba deducit cõmeantes. & iter mortuos auaritia uiuit charonti ita naulũ siue amnica stipes dabat: ut ipse sua manu de ore sumeret accedentis. unde dictũ est a Iuuenale: Nec habet quẽ porrigat ore trientẽ. sensus est: cũ charon accepit naulũ ex ore defuncti claudit inferna porta: quã lurida uocat: quoniã apud inferos oia sunt nigra & pallẽtia. Vmbrosos. Ab umbris mortuorꝝ. Mœstæ tubæ Quæ. s. funeribus adhibent: ut supra memorauimus. Fax. Qua cadauera cõburebant. Lecto. funebri

Quid mihi coniugiũ. Ostẽdit nihil sibi ꝓdesse q nupserit Paulo clarissimo uiro: utpote ex familia æmiliorꝝ aut dubie nobilissima cognitissimaq; testimoniis historicorꝝ. dicti sunt æmylii a sermonis lepiditate quam græci æmiliã uocãt. Quid currus auorꝝ. Nihil inqt mihi ꝓfuerũt triũphi auorꝝ meorꝝ: q Scipiones intelliguntẽ cũ ipsa sit ex gente cornelia. duorꝝ aũt Scipionũ q ambo cognominati sunt africani: duo clarissimi extitere triũphi. lege polybiũ & Liuiũ. currus triũphales intelligit. Num minus. s. q̃ si fuissem humili genere nata. & sordido nupsissem. Et sum qd digitis. Significat se redactã eẽ in cinerẽ & puluisculũ pusilli põderis: q cineres i urna cõditi una manu facilime leuabant. Dãnatæ noctes. Apostropha est ad tenebras infernas & stygiã paludẽ dicẽs se innoxiã insontẽq; periisse. quis imatura & adhuc puella perierit petitq; a Plutone iura mitiora umbræ suæ ꝓberi. Nõ noxia. i. isons & inoxia. Pater. Pluto. Sortita pila. Allusit ad romanorꝝ iudicũ cõsuetudinẽ. apud quos causæ p sortẽ ordinabant.. & sortitio iudicũ fiebat: q ꝓerat iudicio qisitor dicebat. ita Virgi. apud inferos qsitorẽ facit minoẽ dat ibi sortitionẽ ubi urnã noiat dat cognitionẽ facinorꝝ: cũ dicit. Vitasq; & crimina dicit. pilã appellat tabellã iudicialẽ. qua dãnabãt aut absoluebãt. uel potius pilulã illã siue tabellã itelligit: qua in urnam sortitio mittebatur pro iudicibus eligendis: quorum nomina in pilis scribebantur. de qua re eleganter & docte scribit pedianus Asconius. Assideant fratres. Minos & rhadamantus fratres eaci filii Iouis Sisyphe mole uaces. Petit cornelia: ut dum iudicium de se peragitur omnia quiescant apud inferos & a cruciatibus paulum interlangant: ut nec sisyphus uoluat saxum: nec ixion rota circumagatur. & tantalus sitim liquore restinguat. Eumenidum. Scribit Virgilius tisyphonem unam eumenidum hoc est furiarum accitam flagellã sontes punire. uult cornelia: ut agmen furiarum assideat foro iudiciali. hic enim forum accipitur pro loco in quo iudicia siunt: & forum agere dicitur prouinciæ præses cum de controuersiis prouincialium cognoscit.

Ipsa loquar pro me. Mos erat: ut pro reo dicerent maximi oratores celeberrimiq; patroni: & unam causam non unus sed plures agebant. nūc cornelia inocentiæ suæ fidens dicit semetipsam sine aduocato causam suam acturā citra omne mēdaciū. Pœna soroꝝ. Belidum. s. quaꝝ urna nunq; expleri potest. Si cui fama. Laudationes ex his locis sumuntur: qui loci personis sunt attributi. naturā autem imprimis attributam esse personis docent rhetoricæ disciplinæ professores: cuius partes sunt multæ: & imprimis cognatio est: quæ consideratur in maioribus claris atq; consanguineis. præterea iter extraneas res genus & affinitas numerantē: nūc cornelia seipsam commendat a cognatione & a nobilitate generis tam materni q̄ paterni. si cui inquit gloria est & nomen exauorum titulis & ornamentis: ego clarissima sum: utpote quæ in stēmate paterno auos habeo numantinos: in materno scribonios libones. & enim numantini cognomen in familia Scipionum est illustrissimū: quo africanus minor nomine uictæ a se numantiæ est nobilitatus: quæ ciuitas oli hispāiæ decus: q̄uis sine muris: sine turribus esset: romanoꝝ bella per annos multos sola sustinuit. nouissime numātini ab æmyliano Scipione uicti mox fame coacti se & prīā ferro ueneno & subiecto undiq; igne pemerunt. Scipio de solo nomine dele æ numantiæ triūphauit: cum nec unus quidem uir numantinus fuerit: qui in triūphō cathenatus duceretur. historia uulgatissima. Maternos libones. Cornelia matrē habuit scriboniā ex libonum familia honorata & splendida. ex q̄ fuit is libo qui tribunal sedēq; prætoris ꝓpe arcum fabianum collocauit quod ab eius nomīe dictū ē puteal libonis: cuius & poetæ & historici meminerūt. Domus utraq;. Hoc ē paternū genus meū & maternū nobile ē: & suis titulis inscriptioni busq; ac monumentis subnixum. Titulos præter noram signi|cationē inscriptiones laudesq; magnoꝝ uiroꝝ nūcupamus. ut tituli pompeii dicunē a Plinio: & ipe ait apud Lucanū. Te quoq; si superi titulis accedere nostris. Iusserunt. Ouidius. Magnificus titulis stet pater ante suis. tituli milites appellantur q̄si turuli: q; patriam tueaptur: sacerdotes dicti titulati: q; in sacris capitibus habere solent ut metam. id titulus appellatur: & maires familias: ut inquit Varro: crines conuolutos ad uerticē dicūt titulos. Cessit præ texta. i. locū dedit. nouæ nuptæ recta tunica simul cum toga pura induebantur: & ita prætexta uestis quæ in puerili ætatula gestabatur cedebat facibus maritis: hoc est nuptiali celebritati i qua quinq; faces accendebanē: de qbꝰ ante dictū ē. prætextæ apd ethruscos originē habuere. autores Pli. & Macro. unde prætextati pueri & ꝓtextatæ puellæ dicūtur. Altera uitta. i. ubi deposita uirginali uitta sumpsi uittā nuptialem tibi soli nupsi: & ita ostendit se fuisse monogamā. De uitta qua nubētes utebanē iā abundāter enarrauimus. In lapide. s. sepulchri: illic enī scribebaē quot maritos fœmina habuisset: unde martia apud Lucanū. Liceat tumuloꝰ scripsisse catonis Martia. & apud Iuuenalem. titulo res digna sepulchri. & apud Martialem scriptum est. Inscripsit tumulo septem celebrata uiroꝝ Se fecisse cloe. Africa tūsa. i. cōminuta fracta lacerta. & hoc dictum accipe ꝓpter duos africanos: quorū alter carthaginem africamq; deuicit: & stipendiariam fecit romanorum. alter carthaginē fundituꝰ deleuit: ut supra memorauimus. Et perſem proaui. Paulus æmylius: ut notissimū est: & iam memoratum uicit perſem regem macedonum: de quo triumphauit. is proauum habuit achillē: a quo maternū genus alexādri regis macedonū deducūt historici: a paulo æmylio cornelia trahit genus propter numantinum: qui filius fuit legitimus æmylii: & per adoptionē in insertus familiæ Scipionum. præterea nupserat paulo: q̄ erat gentis æmyliæ: quid si legas perſeu: ut sit uocatiuus casus tali sensu. testor te o perſeu stimulantem: hoc est imbellia tua & torpedine uexantem achillis pectus: qui scilicet dolet & afficitur: si ullus est inferis sensus: propter tam ignauum successorem: uel potius legas simulātem. ut dicat perſem simulasse achillis animositatem: ut illius uerus successor & pronepos uideretur. Quique. Scilicet paulus æmylius. Proauus. Legendum est proauo. testor inquit cornelia me leges censorias a proauis meis conditas non iudicasse esse mouendas tanquam nimis rigidas austeraſque: sed tales comprobasse custodisseque quales latæ fuerunt. nec ulla se macula dedecorasse familiam. & hoc imprimis dictum est propter paulum æmylium: qui fuit censor. & in censura senatu tres senatores mouit. potest & hoc referri ad censuram mariti pauli: quam infra significat. censura autem ad morum emendationem maxime pertinet: & penes eam disciplinæ romanæ ac morum regimen erat: quā Cicero pudoris & modestiæ magistram appellat. De censuræ origine & censoribus & censoria ſlota scripserunt Liuius in quarto. Plutarchus in Catone seniore. in Pompeio. & æmilio: & Valerius maximus. Exuuiis. Spoliis prauorum. Pars imitanda. Ait cornelia se talem præstitisse: ut esset imitanda ipsa a suis gentilibus:

Cerberꝰ & nullas hodie petat īprobꝰ umbras
Et iaceat tacita lapſa cathena sera.
Ipsa loquor, ꝓ me: si fallor pœna soroꝝ
Infœlix humeros urgeat urna meos.
Si cui fama fuit, pauita trophea decori:
Vera numātinos regna loquūtur auos:
Altera maternos exæquat turba libones:
Et domus est titulus utraq; fulta suis.
Mox ubi iā facibꝰ cessit prętesta maritis:
Vixit & acceptas altera uitta comas.
Iungor paule tuo sic discessura cubili
In lapide hoc uni nupta fuisse legar.
Testor maioꝝ cineres tibi roma colēdos
Sub quoꝝ titulis aphrica tunsa iaces.
Et ꝓseu proaui simulantē pectꝰ achillis
Quiq; tuas, ꝓauus fregit achille domos
Me neq; censuræ legē molisse: nec ulla
Labe mea nostros erubuisse focos.
Nō fuit exuuiis tantis cornelia damnum
Qui & erat magnę ꝓs imitāda domꝰ:

uel in hoc loco accipitur cornelia soror huius corneliæ: quã dicit & ipsam fuisse probatissimam fœminam. nec ullum dedecus pbrũq; attulisse stẽmati sui generis: de cuius obitu loquitur paulo post. Inter utrãq; facem. Hoc est a die marialis connubii usq; ad mortã. nam fax adhibeẽ & matrimonio & rogo: quam Quintilianus supremã facẽ uocat. Melior iudicis metu. Boni nõ peccãt amore uirtutis. malã peccatis temperant formidine pœnæ. ut inquit Oratius. dicit se non magis metu iudici: q̃ natura coluisse bonitatem. Qualibet austeras. Feratur ingẽde me quodcũq; iudiciũ auctoraq; sortitio. tamen nulla fœmina pbata cõmerciũ meũ accessũq; improbabit: & nulli consuetudo mea erit dedecorosa & penitenda: etiam si fuerint uirgines uestales. Vel tu q̃tar dam. Historiã claudiæ omnes celebrant & iprimis Ouid. in quarto fastorũ: & Silius in. xvii. Claudia uirgo uestalis cum i suspitionem uenisset stupri: & simulactũ mãris ideæ in uado tyberis cũ nauigio obhæreret ad cõprobandã pudicitiã suã fertur cingulo duxisse nauem: quã multa milia hominũ: ut inquit Hieronymus: trahere nequiuerant.

Nec mea mutata ẽ ætas sine crimĩe tota:
Vinximus insignes inter utrãq; facem.
Mi natura dedit leges a sanguine ductas
Ne possim melior iudicis eẽ metu. Clas
Quelibet austeras dẽ me ferat urna tabel
Turpior accessu non erit ulla meo.
Vel tu quę tardã mouisti fune cybelem
Claudia turritę rara ministra deæ.
Vel cui cõmissos cũ uesta ſposceret ignes
Exhibuit uiuos carbasus alba focos.
Nec te dulce caput mater scribonia lęsi.
In me mutatum quid nisi fata uelis.
Maternis laudor lachrymis: urbisq; q̃rę-
Defleta & gemitu cęsaris ossa mea. Clis
Ille sua nata dignã uixisse sororem
Increpat: & lachrymas uidim⁹ ire deo.
Et tamẽ emerui generosos uestis honores
Nec mea desterili facta rapina domo.
Te lepide & te paule meũ p⁹ fata leuamẽ
Cõdita sũt uestro lumina nostra sinu
Vidim⁹ & fratrẽ sellã gemĩasse curullẽ
Cõsule quo facto tempore rapta soror.
Filia tu specie cẽsuræ nacta paternæ
Fac teneas unũ nos imitata uirũ.
Et serie fulcite gen⁹: mihi cymba uolenti
Soluitur aucturis tot mea fata malis.
Hęc est fœminei merces extrema triũphi
Laudat ubi emeritũ libera fama rogũ.
Nũc tibi cõmendo cõia pignora natos.
Hæc cura & cineri spirat inusta meo.

Turritæ deæ. Cybeles quæ turrita formaẽ: de qua dictũ est supius. Vel cui cõmissos. Significat emyliã uirginẽ uestalẽ de qua hanc scribit historiã. Dionysius i secundo. Olim ignis in ara uestæ extinctus ẽ: q perpetuus custoditi debebat & solebat: tũc æmylia uirgo casta & mĩete & corpore pcata ẽ deã uestã: & sibi opẽ ferret: & scissa uestẽ carbasea fasciã foculo imposuit sup arã rigenti: nullãq; seruãti scyntillam. repente flamma ingens p carbasum emicuit quod admirabile uisũ est. meminit huius historiæ et Valerius in primo. Cõmissos ignes. illius custodiæ traditos. nã uestaliũ uirginũ hoc erat officiũ peculiare: ut ignẽ inextinctũ conseruarẽt: qui si fuisset extinctus reparari non poterat nisi ex igne cæleſti. Mater scribonia. Mẽ Corneliæ fuit illa scribonia: quã in matrimoniũ accepit augustus: & ex ea iuliã filiã suscepit: quæ scribonia autore Tãquillo ante fuerat nupta duobus consularibus: & ex altero erat mater. ex his uerbis Tranglli obseruauimus hanc corneliã fuisse illã scriboniæ filiã ex uiro consulari: ex quo fuit mater. unde nũc sororẽ suam appellat cornelia ipsam iuliam filiam augusti: quoniam amibæ ex matre scribonia erant procreatæ: quod cæcutientibus oculis incuriosi preterierunt. ait Cornelia se in nullo matrem offendisse: quæ cum filia fatũ cuperet pmutasse: & eius loco occubuisse:

Vrbisq; querelis defleta. Obitũ meum: inquit cornelia defleuit totus populus romanus: & lamentationibus me defunctam est prosequutus. se quoq; ab augusto defletam fuisse gloriatur. Ille sua nata. Sẽsus ẽ augustus gemens dicebat me uixisse sororẽ dignam filia sua Iulia: quã tulerat ex scribonia mea genitrice. Deo. Augustũ uidimus lachrymantẽ. cui uiuenti diuinos honores romani concesserũt. Vestis honores. Signare uidetur uestem matronalem: quæ. s. conceditur mulieribus matroniſq; secundis: quæ matres triũ liberorũ factæ sunt. ait enim se duos filios lepidum & paulũ reliquisse & unã filiam. Sellam geminasse curulleum. Bis gessisse curules magistratus. curulis enim sella dicebatur a curru: quo soliti sunt senatores honoris gratia in curiam uehi: qui curulleum magistratum gessissent: in quo curru sella esset: supra quã considerent. autor Gellius in tertio. erat hæc sella eburnea: & a poetis dicitur ebur curule. de consulari sella intellexit Ouidius illo uersu. Et noua conspicuum pondera sentit ebur. curules ab Ethruscis: ut multa alia insignia magistratuum translata fuerunt: ut Dionysius & Macrobius tradiderunt. scribit Silius a uetulonia ciuitate ethruriæ hæc ornamenta mutuatos esse Romanos. hæc altas eboris decorauit honore curules. Nos imitata. Optat filiæ monogamiam ut ita uni soli nubat. sicut ipsa factitauerat. Cymba uolenti soluitur. Ait cornelia se libenter mori: & cymbam charontis non inuitam conscendere: quoniam diu uiuendo mors sua efficeretur calamitosior cum cogeretur uidere funera filiorum. Emeritum rogum. Mulier quæ laudatur post mortem uere uixit in laude: & hic est quasi triũphus fœmineus laudari post obitum: cum fama liberior est: & linguæ liberrimæ. Spectat iniusta. Cura inquit filiorum etiam uiget apud me defunctam. ex quo significat amorem quo mẽres filios

proseqũtur. nec ipsa qdem morte aboleri posse: qua cuncta abolent̃. Adisce mater. legẽdũ est matris: & est sensus. cũ o marite oscula paterna dederis filiis addicito matris oscula. hoc est imple utriusq; parentis officiũ.

Sine testibus illis. Hoc est cum dolori indulgere uolueris fac ne testes sint filii lachrymarũ: & corã illis dolorem ipse cõpescito: sicut aria facta fuisse legimus. Siccis genis. accipe pro tegumentis oculorũ quæ alio noie palpebræ dicũtur. De genis supra dictũ est. siccas appellat nõ lachrymosas. Sat tibi sunt noctes. Habes igit noctes qbus poteris de obitu meo lamẽtari satis ac sup: filiis nõ uidentibus: dies uero totos esto lætus siue læto simillimus: & age obliuiosum. Somnia in faciẽ meam

Multos habet filios somnus ut poetæ fabulant̃: inter quos est Morpheus artifex & simulator humanæ figuræ Iciens tissimus: qui olim indura facie cervcis naufragi apparuit alcyone dormienti. dicit cornelia satis esse marito somnia q bus ipsam uidere se credet p morphea. s. ipsius faciem induentẽ. & illi in somnis se igerentem. Nostra ad simulacra. Ostendit imaginẽ suã fuisse in cubiculo maritali. & antiq; ut iã diximus: habebãt imagines i larario eorũ quos uenerabant̃. Tace melior lectio ẽ iace: ut dicat iace: & dic uerba tãq; ad illa ego ipsa sim responsura. Seu tamẽ aduersum apostropha ẽ ad filios: quos docet qua modestia uti debeant si pater supduxerit nouercã. lectũ aduersũ appellat nouercalẽ. Collata priori. Nolite inquit nouercam mihi comparare neq; me iudicis laudatiõib⁹ extollere: quoniã illã existimabit meã laudationẽ esse suã offensam & criminationem. Priori. s. mihi q̃ prior nupsi paulo. Memor ille. s. pr̃ uester. Tãti dux. i. tanti fecerit me defunctã ut uelit uiuere in celibatu. Cælibis ad curas. Nulla iquit uia. nulla ratio. nullũ officiũ a uobis ꝓtereatur erga patrem celibẽ curandũ ac fouendum. & ita monet filios ut patris senectam foueant & indulgentissime curent. Celebs dr̃ qui nõ habet uxorem: & opponit marito. unde dixit gntilianus. maritus an celebs. Lubricia sumptum. Hunc locũ ita corrigendum censeo. lugubria sumpsi. & ita existimo scripsisse propertiũ: ut sit sensus. ego exquo mater fui nũq; indui lugubria: hoc est uestes lugubres. & ita significat se nunq̃ uidisse funus aliquod suorũ: sed omnes superstites reliquisse. Lugubria aũt absolute dici uestimenta luctui accommodata testis est Ouidius: q sic ait in unde cimo. Surge age da lachrymas lugubria q̃ idue. & a quintiliano dictũ est: tristiora lugubria. Tota caterua. Oẽs inquit mei superstites funus meũ & exequias celebrarũt: talis fuit fortuna. Q. metelli macedonici: qui cum sex liberos reliqueret undecim nepotes reliquit. nurus uero gerosq; & omnes: qui se patris appellatiõe salutarent. xxvii. qui illatus est rogo a quattuor filiis: uno prætore: tribus cõsularibus: duobus triumphalibus: uno cẽsorio. Causa perorata est. tanq̃ in iudicio causam egerit instar oratoris se porasse significanter & proprie dicit. est enim peroratio una ex partibus orationis: in nouissimo loco collocata: quam: ut scribit quintilianus in sexto: quidam cumulum: conclusionem alii uocant. in qua interdum q̃ breuissima rerum repetitio fit: quæ per capita decurit: quæ græce dicitur anacephaleosis. si latine interpretari uelis nõ absurde dicetur recapitulatio. & hac usus est apuleius perquam scienter in poratione suæ apologiæ. quãdo cã una a pluribus defendebatur: peroratiõnem ciceroni omnes relinquebant: tanq̃ in perorãdo dominantẽ: sicut & ipse in oratore gloriatur. Flentes me surgite teste. Ex iudiciali romanorũ consuetudine trãslatum ẽ: apud quos: ubi omnia quæ dicenda fuerant in causa: dicta erant: testes dabantur: qui testimoniũ dicturi surgebant ex subselliis: in quibus sedebant i iudicio: qui tunc suspecti habebantur: quando sedebant inter subsella accusatorum. unde est illud ciceronis in oratione pro flacco. hoc uero quid est: testes una sedent ex accusatorũ subselliis surgunt. & in oratione pro roscio amerino ait. nemo utitur eo teste qui surgit ex accusatoris subsellio. scribit asconius ipsum accusatorẽ suos etiam testes interrogare consueuisse. Cicero acturus in uerrem hoc commentus est ut oratiõe perpetuã uisitatãq; accusatiõe prætermitteret. sed tantũmodo citaret testes ad unumquodq; crimen expositum: & eos hortensio interrogandos daret: quo ciceronis artificio ita est fatigatus hortensius: ut nihil contra quod diceret inueniret: ipse etiã uerres desperato patrocinio sua spõte discederet in exiliũ. Ait nunc cornelia. postq̃ poraui cãm: uos testes surgite. s. ex subselliis ad dicendum testimonium. sed ita ut me ipsam defleatis. Dum ꝑcium uitæ. hoc est dũ grati homines rependunt mihi ꝑcium uitæ: quã sancte & pudice egi laudando. s. me post obitum: tãq̃ laudatio mortaliũ sit defunctis pro præmio q̃ bene uixerit. uel dicit

Fungere mr̃nis uicib⁹ pater: illa meor̃
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oscula cũ dederis tua flẽtib⁹ addice mr̃is
Tota dom⁹ cœpit nunc onus eẽ tuum:
Et si quid doliturus eris sine testib⁹ illis.
Cum uenient siccis oscula falle genis.
Sat tibi sũt noctes q̃s d̃ me paule fatiges
Sõniaq; i faciem credita sæpe meam:
Atq; ubi secreto nr̃a ad simulacra loq̃ris
Vt responsuræ singula uerba iacc.
Seu tamẽ aduersũ mutarit ianua lectũ
Sederit & nostro cauta nouerca toro.
Cõiugium pueri laudate & ferte paternũ
Capta dabit uestris moribus illa manus
Nec matrẽ laudate nimis. collata priori
Vertet i offensas libera uerba suas.
Seu memor ille mea cõtẽt⁹ mãserit ũbra
Et tanti cineres duxerit esse meos.
Discite uenturã iã nunc sentire senectam
Cælibis ad curas nec u aeet ulla uia.
Q̃d mihi d̃tractũ ẽ uros accedat ad ãnos
Prole mea paulum sic iuuet esse senem.
Et bene hẽt nunq̃ mr̃ lugubria sumpsi
Venit i exequias tota caterua meas.
Cã perorata est. flentes me surgite teste
Dum preciũ uitæ grata rependit hmus

Morib9 & cælũ patuit: si digna merẽdo
Cuius honoratis ossa uehantur aquis.

Eiusdẽ Philippi heroaldi hedecassyllabõ

Quisquis carptor es & calumniator.
Quisquis liuidius. osor. obloquutor:
Et lolliginis oblitus cruore:
Quisquis rictibus improbus caninis
Adlatras decus eruditiorum
Sis quæso procul a meis libellis.
Non scribo triticisq; zoilisq;.
Non scripsi tibi. iure non uocatus
Conuiua eiicitur. quid impudenter
Te in cœna aspicio mea accubantem?
Quæ non est tibi cocta delicate.
Illi fercula nostra condiuntur:
Qui luxum altilium probat: nec idem
Fastidit tenuem tamen paratum:
Cui uel reliquiæ placere possunt.
Tu uero stomachose nauseator
Tangis singula dente qui superbo:
Aut mensas mihi pone lautiores:
Nostra aut uescere cœnula libenter.
Nos hæc quantulacunq; sunt benigno
Lectori ingenuoq; candidoq;
Passim scribimus: & damus legenda.
Vni sed tibi Mine dedicantur:
Quem non sors mihi iudicem parauit.
Sed quem pagina nostra nominatim
Delegit sine prouocatione.
At tu iudice gaudibunda tali
Esto pagina: qui tibi aduocatus
Iam iam ex iudice fiet & patronus
Multa præditus eruditione.
Pollens consilio: disertus ore.
Vnus qui merito potest uocari
Orator bonus & bonus senator.
Iam liuor uacet: improbiq; mussent.
Imperterritus exeas libelle.
Mino uindice nil tibi est timendum.

terram sepulchralem sibi sepultæ esse leuem. tunc enim humus dicitur precium rependere: quãdo nimio põdere non infestat cinere sepultorum. In hanc sententiam est illud martialis. Sit tibi terra leuis. Moribus & cœlũ patuit Ob mores iqt sanctissimos meruerũt fœminæ probatissimæ in cœlo domicilium: qd ad eas referri potest q̃ iter sydera collocatæ fuerũt ob ꝓbitatẽ: ut uirgo: ut astrea: uel ad eas heroidas: quaꝝ animæ habent in cœlo certũ constitutũ locũ: quæ morũ sanctitate cõmendatæ & fama ad cœlum usq; puectæ sũt: ut penelope: ut lucretia: & id genus q̃pluri mæ. Sim digna merendo. Vtinã inqt beneficio moꝝ & uitæ bene actæ merito digna existimer fœmieo post obitũ triũpho. Elocutio ẽ metaphorica. nã ut uictoribꝰ dabat̃ triũphus ob rẽ bene gestam: & curru quadriiugo pompa triũphali in urbẽ inuehebant̃: ita optat cornelia sibi defunctæ ob merita decerni ornamenta fœminei triũphi: & ossa sua uehi equis honoratis: hoc ẽ triũphalibus: tãq̃ primaria sit & fœminea uirtute præcellẽs in grege mulierũ: sicut excellẽtissimus est imperator: cui ob uirtutẽ triũphalia insignia decernũtur. Habes magnifice senator lr̃arũq; patrone lucubratiũculas nostras in Propertiũ: quas quãtulæ cũq; sũt boni cõsulas rogamus. Vos autẽ lectores omnis q̃so ne prius nos uellicare uellitis: q̃ uellicatione dignos reperieritis: nec prius nostra obelisco cõfodere: q̃ uos asterisco illuminãda deprompseritis. Videor mihi meo more facturus sit cõmentarios hendecassyllabis clusero.

Commentarii in Proptiũ a Philippo Beroaldo editi Anno salutis. Impressum Venetiis p Symonẽ beuilaqua Papiensem. M. cccc. lxxxxiii. die. xxvi. mensis Iunii.

Sit Christe Rex piissime
Tibi patriq; gloria
Cum spiritu paraclito
In sempiterna sæcula

Hieroymi Salii fauētini ī inuidum carmen.

Inuide quid laceras facundi scripta philippi?
Quid laceras tātum liuide turpis opus?
Non sunt ista quidem triuiali iudice digna:
Conueniunt doctis scripta seuera uiris.
Ista legant docti: tu liuide tristis abito:
I: fuge (ni sapias) zoilus alter eris:
At uos q sapitis uigilata hæc scripta philippi
Sumite: quæ uobis perplacitura puto.
Quōdā dur9 erat: latuitq; ꝓptius: at nunc
Lucidior uatum nullus in orbe uiget:
Constabunt uobis obscura ænigmata centū
Non ulli nostris cognita temporibus.
Carmina prætereā subiunxit paucula: certe
Quæ sunt pieriis cuncta rigata uadis.
Tu fœlix igitur: totum discurre per orbem
Nec te detineat garrula turba liber.
Sit satis hoc: placeas dū paucis. oīa nā: quæ
Conueniūt raris auribus: illa ualent.
Ne dubites: tibi docta choors fauet: oci9 exi
Ne timeas: Mino uindice tutus eris.

REGISTRVM

a
Tibullus Catullus
rem adstitisse
prædiorum esset
anteq̄ rem
b
Asper eram
orbe rota
in structura
cydnus ubi
c
Pellite mala
tereti uersabat
Rura tenent
auctor
d
auctoris: recte
est in laconia
hanc primum
e
ueniret. postea
domum
.i. magnus
f
Antonius parthenius
Ad Cornelium
Affirmar̄. Ingeniosa
maris æstuantium
g
remiq;: uobis
Nouem continuo
Iusi annales
qualibus
h
apices: qui sunt
lata est
coniuncti
tis. Mitem
i
mente diffundantur
satiata est
Currite ducentes
curate
k
& acerbus rogus
Mallio mihi
ægyiptiis colitur
quitur simulata
l
Ad Magnificum
Quædam unguētis
Et arma manu
stimonio strabonis
m
tes externos.
tonymia. ita
ab occasu
In phrigia
n
dii illum perdant
Non ita complebant
inquit Oratius
ratis a calcaneo
o
Nec tetigit campi
cernentem Scri.
Cynthiæ querelas
illa numera. i. Iudi
p
poetas. Martialis
equos & cornibus
ait Plin. ossa
peregrini amatoris
q
aquarum scaturiētiū
tenta tonant palmis
questionum. Manus
ræ uentos quoq;
r
quæ inter preciosa
Lucanus miseranter
trabes sine fulturis
ram: qui arcum
s
buit: quæ mox
unum tantū athenis
mus: cuius historici
maronianos.
t
dicunt: corbulæ
couini. Rudis. i.
Hornis agnis
u
sti colonia est cum
Iudosq; illic qnquēna
corpus quod erat
x
inquit sacro herculis
carminis a quo
consolatur: recēset

EINIS.

.g. . 6½ . 15 ianua . 1 . 5 . 4 . 1 .

1809
1541
268

BIBLJOTEKA
MO
OBRZANOWSKICH



795
IV
Ct. 14.079
IV
Ct. 14.080

IV
Ст. 14.079

IV
Ст. 14.080